Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
27 — D
15

8. 47. D. 18.

Digitized by Google

Digitized by Google

MANVALE
EXCALC. CARM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Conv.to S.m M.a de Scala



Digitized by Google

FR. Ioannes à Spiritu ſancto, Ordinis Excalciatorũ B, M. Virginis de Monte Carmeli Generalis de conſenſu noſtri Diffinitorij: Vt liber, cuius titulus eſt. Manuale Ordinis Fratrum Excalciatorum de Monte Carmeli, &c. per Nos & dictum Diffinitorium noſtrum denuo recognitũ, obtenta prius ab Illmo & R.^mo Cruciatæ Commiſſario licentia, typis mandetur, tenore præſentium præcipimus. Dat. Conchæ die vigeſima Septembris, Anni Dñi M.DC.XXVII.

Fr. Ioannes à Spiritu ſancto
Generalis.

Fr. Ioannes Baptiſta
Secret. Ordinis.

NOs el Maeſtro don Fr. Antonio de Sotomayor Confeſſor de ſu Mageſtad, de ſu Cõſejo de Eſtado, del de la Suprema Inquiſicion, Abad de Santander, Comiſſario Apoſtolico general de la ſanta Cruzada, y demas gracias en todos los Reynos y Señorios de ſu Mageſtad. Otroſi Iuez Apoſtolico y Real para todo lo tocante al nueuo Rezado y libros ſagrados. Por la preſente damos licencia al Procurador general de Carmelitas Deſcalços para q̃ pueda imprimir vn Ceremonial, ò Proceſsionario de ſu Orden, por quanto eſtà conuenido con el P. Fr. Iuan de Eſtremera Procurador de S. Lorenço el Real, por ſi, y por el dicho Conuento; con que antes de venderſe traiga ante Nos el dicho libro a corregir y emẽdar, ſo pena de excomunion mayor, y de cincuenta ducados para gaſtos de guerra contra infieles. En teſtimonio de lo qual mandamos dar la preſente, En Madrid à nueue de Nouiembre de 1627. años.

Fr. Antonio de Sotomayor.

Por mandado de ſu Illuſtriſsima.

Gil de Echauri y Zarate.

Fr. IOANNES A SPIRITV SANCTO GENERALIS ORDINIS EXCALCIATORVM B. M. DE MONTE Carmeli vna cum ſuo Diffinitorio. Dilectis in Chriſto Fratribus eiuſdem Congregationis, in Domino ſalutem.

ECeleſiæ Filios, ſacroſanctæ Matris decet in omnibus ſacroſancta veſtigia ſequi, neque ab illis vngue tranſuerſo, aut breui capilo deuiare. Filios Eccleſiæ Nos Carmelitas Excalciatos ipſa Mater noſtra Beatiſsima Virgo Tereſa pro qualibet illius cæremonia mortem ſubitura, atque in extremo vitæ diſcrimine ſe Eccleſiæ filiam mori conteſtans, nouo iure conſtituit. Inde ad perfectiora Euangelij conſilia (Eccleſiæ præcipua membra, plenum corpus, id eſt veram perfectionem) ſequenda ducti, ſacras itidem cæremonias (corporis illius vngues & capilos) veneramur; & vt perfectiſsime ſequamur ſtudére debemus. Diuini etiam cultus ſtudium & deuotio tantæ Matris, quæ ad ſacrorum altarium ornatum, ad mapularum candorem, ad linteaminum & albarum plicationem, ad Sacerdotalium indumentorum exornationem, atque ad templorum floribus, odoramentis, ac mile lepidiſsimis varietatibus pulchritudinẽ, totam Hiſpaniã, imò totam ferè Eccleſiam allexit; Nos tali in ordine, atque in hac diuiniſsima adinuentione genitos,

ad eadẽ munera ſtudioſiùs exequẽda deuinxit, ita vt ab illis aliquando deficere nefas ſit. Quod ſi ad primos fontes, primoſq; Parẽtes reſpiciamus, atq; ad petrã de qua exciſi ſumus, & ad cauernam laci de qua præſcindimur, attendamus; in ſanctiſsimo Elia eoſdẽ diuini cultus primores inueniemus. In petra Oreb ſacram illam cæremoniam, quã Dñs Moſis vultũ manu operiens, dum tranſiret per foramẽ petræ, edocuit; in eodẽ foramine (teſte Abulenſi) ſemetipſum pallio tegẽs exequitur, inde meritus Dñm in ſibilo auræ tenuis, non ſecùs ac Moſes, ibidẽ intueri. Dum populũ Iſraël in duas partes claudicantẽ ab idolorũ cultura conatur auertere, celeberrimum illud bouis ſacrificiũ igne cælitus immiſſo cõcremandum, & abſumendũ inſtituit. Expectatiſq; aduerſarijs vſq; ad meridiẽ, imò & deluſis; vt cælum emoliat, & ignem inde trahat, ſpecioſis quibuſdam cæremonijs fabricauit altare de duodecim lapidibus mũdis iuxta numerũ filiorũ Iſraël, cõpoſuit ligna, ſuper impoſuit bouem, & quæ ignis erant abſumenda incendio, duodecim aquæ hydrijs ſubmerſit, fecitq; aquæductũ quaſi per duas aratiũculas, ita vt omnia aqua inundarẽtur. Quibus expletis, flexis genibus, manibuſq; in cælũ extẽſis, clamauit ad Dñm, vt ſe exaudire dignaretur: atq; ſtatim cecidit ignis de cælo & vorauit holocauſtũ, ligna, & lapides, puluerẽ quoque, & aquam, quæ erat in aquæductu lambens. Tanta

vis orationis Prophetæ ſacris illis ſtudioſiſq; cæremonijs exornatæ! Tanta & cæremoniarũ oratione adiuncta! Hinc nobis non minus, quàm à ſancta Matre, à primo ipſius, noſtrûmq; Parente ſacrarum cæremoniarum ſtudiũ, & obligatio dimanauit, earumq; deuotæ executionis fructus repromittitur, imò & poſsidetur. Placet enim plurimum Dño, quẽ colimus ſtudioſi, vt in his ſuorum veſtigia ſequamur amicorum, atq; eorum affectũ, & deuotionem ſuo imitemur in cultu.

Cæremoniarum differẽtia, olim in noſtro ſacro Ordine multiplex, pulchritudinẽ ſpirabat: Vnitas earundem in vniuerſa Eccleſia hodie adinuenta, decorem eximium demonſtrat. Vt ergò multiplicis pulchritudinis, & vniti decôris venuſtatem complectamur; in generalibus proceſsionum, benedictionum, adminiſtrationis Sacramentorum, atque Exequiarum cæremonijs cũ vniuerſali Eccleſiæ ritu conformamur. In ijs verò quæ ad Monachatum pertinent, antiquas Ordinis conſuetudines cõſeruamus, eaſq; quoad fieri potuit, ad inſtar communium accommodamus. Et licet hoc opus annis proximè præteritis à dilecto nobis in Chriſto fratre Eliſæo à ſancto Ileſonſo perantiquo noſtræ Reformationis Sacerdote in cęremonijs verſatiſsimo fuerit aſſumptum, & bene elaboratum: nunc quidem Diuum Gregorium Magnũ Romanæ Eccleſiæ Pontificem imitantes, per Nos

ipſos,

ipſos,vti ille Antiphonarium, & Sacramentale ſe legit & aptauit, hoc noſtrum Cæremoniale aptauimus, & ſelegimus,diuini Spiritus concurſum in ipſo congregati fidentiùs expectantes: curam & ſollicitudinem in ſeligendis antiquis,eaſque nouis ſanctæ Eccleſiæ adunandis (vt quibus ex officio incumbit) intenſiorem nauantes: & vt Ordinis Præſules(quamuis immeriti)ad ſublimiorem æſtimationis gradum opus eleuantes: Omnia ad gratam acceptionē ſatis congrua,ſatiſq; neceſſaria.

Placeat ergo cunctis noſtræ familiæ Fratribus, filijſque dilectiſsimis, laborem noſtrum paterna prouidentia diſpoſitum, & non breui cenſu, aut leui manu è prælo eductum tanti æſtimare, quanti Nobis ſtat. Et vt grati animi acceptio ampliori merito cumuletur, eam ſub ſanctæ obedientiæ mādato omnibus commendamus. Præcipimuſq; vt in omnibus noſtræ ſacræ Reformationis domibus hoc noſtrum Manuale recipiatur,atq; omninò obſeruetur, in nullo prorſus ab illo neq; ad dexteram, neq; ad ſiniſtram vllo vnquam tempore declinando: quanuis vel particulari aliorū ſenſu,licet optimo; vel communi Eccleſiæ diſpoſitione aliter fieri poſſe videatur.Nihil enim eorum permittimus admittendum, niſi vel à noſtro Generali Capitulo,aut Diffinitorio, priùs recognitū, & ordinatum fuerit:ſcientes certò,certiorem Nobis ad hoc Spiritus ſancti gratiam communican-

dam

dam,quàm ſingulis; multoq ue congruentiùs Nos Eccleſiæ ſanctæ ordinatio nes noſtris aptaturos, atq; debitã reuerentiã illi e xhibituros,quàm illos, quibus ſolùm incumbit Prælatorum iuſſa, & diſpoſitiones demiſſo capite executioni mandare: vel ſi aliquando meliora appareant,illis humiliter denuntiare; ordinationem cum indifferentia, & animi reſignatione velut à Domino expectantes, & adimplentes non minus in his, quæ ad cultum Dei & Sanctarum cæremoniarum praxim ſpectant, quàm in cæteris ad obſeruantiam Ordinis, & perfectionis complementum: in quibus Dei bonitate & miſericordia omnes huius Reformatæ Familiæ noſtræ alumni tanto ſtudio deſudant. De quo & Domino (à quo omne datum optimũ, & omne donum perfectum) immenſas gratias referimus; & illis non paruam benedictionẽ imprecamur. Orantes,vt creſcant in milia miliũ,& magis ac magis in dies augeantur, ſcientes cuiuſuis vel minimæ actionis cũ perfectione exhibitæ ipſum Deũ optimum maximũ in ſe ipſo clare viſum atq; poſſeſſum,pręmiũ eſſe futurum. Quod omnibus,& ſingulis enixè optamus & impẽsè cupimus per æterna ſæculorum ſæcula.

Fr. Ioa. à Spirtu ſancto Generalis.

Fr. Martinus à Matre Dei Diffinitor.

Fr. Ioannes Baptiſta Secret. Ord.

PRIMA

PRIMA PARS
MANVALIS
SIVE
PROCESSIONARII.

CAP. I. De Proceſsionibus Ordinarijs.

§ I.
Quando ſit Proceſsio facienda.

IN omnibus Conuentibus noſtræ ſacræ Religionis ſit Proceſsio per clauſtra, ſeu Eccleſiam in diebus ſequentibus. In die Purificationis Beatiſsimæ Virginis Mariæ. Dominica in Ramis palmarum. Feria quinta in Cœna Dñi. Feria ſexta in Paraſceue. In Sabbato ſancto. In Dominica Reſurrectionis. In die ſancti Marci. In tribus diebus Rogationum ante Aſcenſionem Domini. In die Corporis Chriſti. In die Commemorationis ſolemnis Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo. In feſto Sancti Patris noſtri Eliæ. In die Beatæ Tereſæ Matris noſtræ. In omnibus Ferijs ſecundis, excepto tempore Paſchali, & Octauis Corporis Chriſti, & Natiuitatis Domini, Hebdomada ſancta, atq; hebdomada, in

qua occurrit Commemoratio Defunctorum. Poterunt etiam fieri Proceſsiones quandocunq; occurrerit grauis neceſs itas, vt dicetur in ſuis locis.

De forma in Proceſsionibus ſeruanda.

¶ II.

CVM Proceſsio facienda fuerit, Sacriſta prouideat de omnibus neceſſarijs. Supprior verò curat, vt inter binos & binos, iuxta Fratrum numerum, & loci capacitatem, ſit conueniens diſtantia: & Fratres inſtruit, in quo loco ſubſiſtere debeāt in qualibet ſtatione.

Procedunt Fratres vniformiter in Proceſsionibus cū cappis, coopertis capitibus, demiſsis oculis cū magna modeſtia, & deuotione. Præcedit Thuriferarius cum thuribulo fumigante: ſequitur Miniſter portans Crucem, verſa ad Conuentum Imagine ſanctiſsimi Crucifixi, inter duos Acolytos accenſos cereos portantes: qui omnes vtuntur amictis non benedictis, cum rochetis. Deinde Conuentus per ordinem, præcedentibus iunioribus: poſtremò procedit Sacerdos pluuiali indutus inter Miniſtros cūm dalmaticis; niſi aliud ſuis in locis notetur.

In ſingulis ſtationibus, dū Proceſsio ſiſtit, Fratres ſint verſo ad inuicem vultu. Acolyti tamen, & Miniſter portans Crucem cum Imagine Crucifixi, verſa ad Conuentum facie conſiſtant: præterquam ante Altare maius ſtando, quia tunc Acolyti tantùm, & miniſter portans Crucem ad prædictum Altare conuerti debent: Sacerdos

verò

verò cum Miniſtris verſam faciem ad Crucem habebit

Cum ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum deportatur; ſub baldachino ſerico deferendum eſt: & Fratres nudis capitibus, accenſas candelas portantes incedunt Thuriferarius verò ſanctiſsimum Sacramentum præcedet, illud continuò thurificans.

In alijs Proceſsionibus thurificabit in ſingulis clauſtri ſtationibus ter Crucem, facta illi reuerentia ante & poſt: ſimiliter & Imaginem, ſi ibi deferatur: deinde Sacerdotem ter, & Miniſtros bis; & non alium.

In omnibus prorſus Proceſsionibus, cuiuſcunq; ordinis ſint, fiant ſemper quatuor ſtationes per clauſtra; quæ incipient in Eccleſia: quinta verò in Capella maiori ante Altare diſcoopertis capitibus fiet. Et tam in his, quàm in Benedictionibus, aut horis canonicis Sacerdos, & Miniſtri non vtuntur manipulis.

In fine omnium Proceſsionum ad ſignum Prioris Fratres eo ordine quo ingreſsi ſunt, egrediantur Eccleſiam dicentes alternatim Pſalmum Deus miſereâtur noſtri cum Gloria Patri,&c. Deinde Sacerdos Verſ. Saluos fac ſeruos tuos. ℟. Deus meus ſperántes in te. ℣. Dómine exáudi oratiônem meam ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. Orêmus.

Prætende Dómine fámulis,& famulâbus tuis déxteram cæleſtis auxílij; vt te toto corde perquîrant,& quæ dignè póſtulant, cónſequi me-

reantur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen. Statimq; ſi Miſſa, aut Hora Canonica dicenda ſit, aut conſcientiæ examen habendum, Chorum aſcendent omnes ſine mora, aut diuiſione.

De Aſperſione facienda in die Dominica. ¶ IIII.

Finita Tertia, Sacerdos celebraturus, indutus pluuiali coloris officio conuenientis (ſi autem non fuerit pluuiale eiuſmodi coloris, indutus alba, & ſtolla) accedit ad Altare, & ibi ad gradus cum Miniſtris, ſi adſint; vel cum Acolytis genuflexus, accipit à Diacono, vel Acolyto aſperſorium: & primò ter aſpergit Altare, in medio, in cornu Euangelij, & in cornu Epiſtolæ: deinde ſe, & erectus aſpergit Miniſtros, vel Acolytos incipiens Antiphonam: Aſperges me, vel tempore Paſchali: Vidi aquam: & Chorus proſequitur: Domine, &c. Poſtea Celebrans aſpergit Clerum ſi adſit, deinde populum, interim cum Miniſtris ſubmiſſa voce dicens Pſalmum Miſerere, vſque ad finē, Antiphonam: Aſperges me. &c. quæ repetitur.

Hæc Antiphona prædicto modo dicitur ad aſperſionem aquæ benedictæ in Dominicis per totum annum: excepto quòd in Dominica de Paſsione, & in Dominica Palmarum non dicitur Gloria Patri: ſed poſt Pſalmum: Miſerere, repetitur

imme-

immediatè Antiphona: Aſperges me. Item tẽpore Paſchali, ſcilicet à Dominica Paſchæ vſque ad Pentecoſten incluſiuè cantatur Antiphona: Vidi aquam egrediéntem de templo à látere dextro. Allelûia. Et omnes ad quos peruênit aqua iſta, ſalui facti ſunt, & dicent: Allelûia, Allelûia. Pſal. Confitémini Dómino quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spirituiſancto. ℟. Sicut erat in principio. & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Repetitur Antiphona: Vidi aquam, &c. In Dominica verò Trinitatis reſumitur: Aſperges me Domine. Qua finita ſupradicto modo, Sacerdos reuerſus iam ad Altare, ſtans ante gradus iunctis manibus dicat:

℣. Oſtende nobis Dómine miſericórdiam tuam. Tempore Paſchali additur: Allelûia.

℟. Et ſalutâre tuum: da nobis.

℣. Dómine exaudi: oratiônem meam.

℟. Et clamor meus: ad te véniat.

℣. Dóminus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo. Orêmus.

Exáudi nos Domine ſancte, Pater omnípotens, æterne Deus: & míttere dignêris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtódiat, fóueat, prótegat, víſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitáculo. Per Chriſtum Dóminum noſtrũ. ℟. Amen.

Proceſsio in Feſto Purificationis Beatiſsimæ Virginis Mariæ.

¶ IIII.

SI Hoc Feſtum venerit in Dominicis Septuageſimæ, Sexageſimæ, vel Quinquageſimæ; ſit tantùm candelarum benedictio, diſtributio, & proceſsio, & dicitur Miſſa de Dominica. Miſſa verò Feſti transfertur in ſequentem diem, niſi Eccleſia fuerit tituli Purificationis Beatæ Mariæ: quia tunc dicitur Miſſa de Feſto, cum commemoratione Dominicæ.

Candelæ ceræ albæ benedicendæ colocentur in cornu Epiſtolæ ſuper aliquam menſam coopertam linteo: & ibidem ponatur vas cum aqua benedicta, & aſperſorium; & thuribulum cum nauicula, & incenſo.

Altare habeat duo frontalia; alterum album, & ſuprà hoc alterum violaceum remouendum poſt proceſsionem, vel dùm ſit proceſsio; niſi Feſtum venerit in Dominicis Septuageſimæ, Sexageſimæ, aut Quinquageſimæ.

Finita Tertia, Sacerdos indutus pluuiali violaceo, vel ſine caſulla, cũ Miniſtris eiuſdẽ coloris indutis in albis, procedit ad benedicẽdũ candelas: & ſtans versùs Altare ad cornu Epiſtolæ (vbi illæ in Credẽtia) dicit cũ cãtu Orationes iunctis manib⁹, habens Miſſale ſuper Altare poſitũ in cornu Epiſtolæ: ſtãtib⁹ Diacono, & Subdiacono, vno poſt alterũ à tergo ipſius Sacerdotis. Cũ verò ipſe Celebrans inuenerit aliquam Crucem in orationibus, poſita manu ſiniſtra ſuper Altare, vertat dexteram ad candelas, & faciat ſignum Crucis ſuper eas. Finitis Orationi-

bus, Celebrans ponit incenſum in thuribulo, Diacono nauiculam miniſtrante, & benedicit illud more ſolito: deinde accipiens aſperſorium de manu Diaconi, ter aſpergit candelas aqua benedicta in medio, à dextris, & à ſiniſtris earum, dicens Antiphonam: Aſpérges me, &c. *ſine cantu, & ſine Pſalmo: & reddens aſperſorium Diacono, ab ipſo accipit thuribulum, & ter ſimili modo adolet incenſo.*

Tunc dignior ex Fratribus accedit ad Altare, & accipiens candelam non accenſam de manu Diaconi, cum debita reuerentia deoſculatam dabit in manu Celebrantis: qui non genuflectit, neque oſculatur manum dantis, neq; candelam. Poſtea Celebrans tribuit candelam acceptā vni ex Acolytis, & ſtans ante Altare verſus ad populum, miniſtrante Diacono, diſtribuit candelas non accenſas; primum digniori, à quo Ipſe acceperat: deinde Diacono, & Subdiacono paratis; Sacerdotibus, Acolytis, & cæteris Fratribus ſigilatim per ordinem incipiendo à dignioribus; vltimò laicis. Qui omnes accedunt bini & bini, & genuflectunt ante Celebrantem: & cùm accipiunt candelas, primò acceptam candelam, deindè manum Sacerdotis dexteram oſculabuntur, exceptis Prælatis: qui (niſi Celebrans ſit illis Superior) nequè genuflectunt, neque manū illius oſculantur; ſed tantùm candelas, quas ab eo accipiūt inclinati. Cùm autem cæperit diſtribuere, à Choro cantātur ſequentia.

Antiphona. Lumen ad reuelatiônem Géntium: & glóriam plebis tuæ Iſraël.

Canticum. Nunc dimíttis ſeruum tuum Dómine: ſecúndùm verbum tuum in pace.

Aña. Lúmen ad reuelatiônem géntium: & gloriam plébis tuæ Iſraël.

℣. Quia vidérunt oculi mei: Salutâre tuum.

Aña. Lúmen ad reuelatiônem Géntium: & glóriam plébis tuæ Iſraël.

℣. Quod parâſti: ante fáciem ómnium populôrum,

Aña. Lúmen ad reuelatiônem Géntium: & glóriam plébis tuæ Iſraël.

℣. Gloria Patri, & Filio: & Spirítui ſancto.

Aña. Lúmen ad reuelatiônem Géntium: & glóriam plébis tuæ Iſraël.

℣. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculôrum. Amen.

Aña. Lúmen ad reuelatiônem Géntium: & glóriam plébis tuæ Iſraël.

Circa finem diſtributionis accenduntur candelę pro Proceſsione.

His expletis, cantatur Antiphona: Exúrge Domine, ádiuua nos: & libera nos propter Nomen tuum.

Pſal. Deus auribus noſtris audíuimus: Patres noſtri annuntiauêrunt nobis.

Gloria Patri, & Filio, & Spíritui ſancto. ℟. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculôrum. Amen. Et repetitur Antiphona: Exúrge Domine. &c.

Deinde, ſi Officium fiat poſt Septuageſimam, & non in die Dominica, Sacerdos dicit: Orêmus. & Diaconus: Flectâmus genua. & Subdiaconus: Leuâte. Oratio: Exaudi quæſumus. &c. vt in Miſſali.

Deinde vt fiat Proceſsio, primò Celebrans ſtans imponit incenſum in thuribulo, benedicens illud more ſolito: Deinde Diaconus iunctis manibus, vertens ſe ad populum, dicit: Procedâmus in pace. & Chorus reſpondet: In nómine Chriſti. Amen. Tunc Cantores incipiunt Antiphonas ſequentes, & inchoatur Proceſsio ordine poſito ſupra. § ſecundo.

Statio Prima.

Antiphona. Adórna thálamum tuum Sion, & ſúſcipe Regem Chriſtum: ampléctere Maríam, quæ eſt cœleſtis pórta. Ipſa enim pórtat Regem gloriæ noui lúminis. Subsíſtit Virgo addúcens mánibus Fílium ante lucíferum génitum: quem accípiens Símeon in vlnas ſuas, prædicâuit pópulis, Dóminum eum eſſe vitæ & mortis, & Saluatôrem mundi.

Statio Secunda.

Antiphona. Reſponſum accépit Símeon à Spíritu ſáncto, non viſúrum ſe mortẽ, niſi vidêret Chriſtum Dómini. Et cùm indúcerent Púerum in témplum, accêpit eum in vlnas ſuas, & benedíxit Deũ, & díxit: Nunc dimíttis ſéruum tuum Dómine in

pace. ℣. Cum indúcerent Púerum Ieſum Paréntes eius, vt fácerent ſecúndùm conſuetúdinem legis pro eo: ipſe accêpit eum in vlnas ſuas,

Statio Tertia.

Antiphona. Aue gratia plena Dei Génitrix Virgo: ex te enim ortus eſt Sol iuſtítiæ illúminans quæ in ténebris ſunt. Lætâre tu Sénior iuſte, ſuſcípiens in vlnis Liberatórem animárum noſtrárum, donántem nobis & reſurrectiônem.

Statio Quarta.

Antiphona. Cúm indúcerent Púerum Ieſum Paréntes eius, vt fácerent ſecúndùm conſuetúdinem legis pro eo: ipſe accêpit eum in vlnas ſuas, & dixit: Nunc dimíttis ſeruum tuum Dómine: ſecũdùm verbum tuum in pace. Alternatim.

Quia vidêrunt óculi mei: Salutáre tuum.

Quod parâſti: ante fáciem ómnium populôrum.

Lumen ad reuelatiônem Géntium: & glóriam plébis tuæ Iſraël.

Gloria Patri, & Filio: & Spirítui ſancto.

Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculôrum. Amen.

Statio Quinta ad Eccleſiam.

Reſp. Obtulêrunt pro eo Dómino par túrturum, aut duos pullos columbárum. * Sicut ſcriptum eſt in lege Dómini. ℣. Poſtquàm impléti ſunt dies purgatiônis Mariæ ſecúndùm legem Móyſi,

tulê-

tulêrunt Ieſum in Ieruſalêm, vt ſiſterent eum Dómino. * Sicut ſcríptum eſt in lege Dómini. ℣. Gloria Patri,& Filio,& Spirítui ſancto. * Sicut ſcriptum eſt in lege Dómini.

Finita Proceſsione extinguantur candelæ. Celebrans & Miniſtri in ſacriſtia depoſitis violáceis, accipiunt paramenta alba pro Miſſa: Fratres Chorum interim aſcendunt, vbi dùm cantátur Euangelium accenſas hábeant candelas; & iterùm ad eleuationem Sacramenti vſq; ad Communionem.

Feria Quarta Cinerum.

¶ V.

ANte Miſſam benedicuntur Cineres facti de ramis oliuæ, ſiue aliarum arborum præcedenti anno benedictis, hoc modo. Finitâ Nonâ, Sacerdos indutus pluuiali violaceo, vel ſine caſulla, cum Miniſtris ſimiliter indutis in albis, procedit ad benedicendum Cineres in vaſe aliquo ſuper Altare poſitos. Et primo cantatur à Choro Antiphona.

Exáudi nos Dñe, quoniã benígna eſt miſericórdia tua: ſecũdũ multitúdinẽ miſeratiônũ tuarũ réſpice nos Dñe. Pſal. Saluũ me fac De⁹: quoniã intrauêrunt aquæ vſq; ad ánimã meã. ℣. Gloria Patri,& Filio:& Spirítui ſancto. ℟. Sicut erat in princípio,& nunc,& ſemper: & in ſǽcula ſæculôrum. Amen. Repetitur. Exáudi nos.

Deinde Sacerdos ſtat in cornu Epiſtole verſus

ad Altare, & benedicit Cineres pro vt in Miſſali. Finitis verò orationibus, quæ ibi habentur, imponit incenſum, & illos aſpergit aqua benedicta, & thurificat, pro vt de candelis in die Purificationis dictum eſt § præcedenti. Deinde dignior Sacerdos ex Fratribus accedit ad Altare, & Cineres Celebranti caput inclināti, & non genuflexo imponit dicens: Meménto hómo, quia puluis es, & in pùluerem reuertêris. Si verò non adſit alius Sacerdos, ipſemet Celebrans genibus flexis coràm Altare, ſibi ipſi Cineres imponit in capite nihil dicens: & cantatur à Choro Antiphona.

Immutémur habitu in cínere, & cilício: ieiunêmus & plorêmus ante Dóminum: quia multum miſéricors eſt, dimíttere peccata noſtra, Deus noſter.

Alia Aña. Inter veſtíbulum, & Altare plorabūt Sacerdótes Miniſtri Dómini, & dicent: Parce Dómine, parce pópulo tuo, & ne claudas ora canéntium te Dómine.

Sequitur Reſponſ. Emendêmus in meliùs, quæ ignorantèr peccáuimus; ne ſubitò præoccupáti die mortis, quærámus ſpátium pœniténtiæ, & inuenîre non poſsîmus. A ttende Dómine, & miſerêre: quia peccáuimus tibi. ℣. Adiuua nos Deus ſalutáris noſter: & propter honórem Nóminis tui Dómine, líbera nos. A ttende Dómine. &c. G loria Patri, & Filio, & Spirîtui ſancto. A ttende Dómine. &c.

Sacerdos verò dum cantantur Antiphonæ &

Reſ-

Reſponſ. medius inter Diaconum & Subdiaconũ ſtabit,& Diaconus tenebit vas cumCineribus. Tũc Sacerdos primò imponit Cineres Sacerdoti digniori: deinde Miniſtris paratis genibus flexis coram Altare,dicens: Memento homo ,quia púluis es,& in púluerem reuertêris. Poſtea veniunt Sacerdotes per ordinem, Acolyti, & cæteri Fratres, vltimò populus, & omnes genibus flexis ante Altare ſigilatim recipient Cineres à Sacerdote, vt de Miniſtris dicitur: accedent tamen omnes bini, & bini. Notandum tamen eſt, quòd tam Fratribus, quàm ſæcularibus ſunt imponendi Cineres in capite, in modum Crucis, mulieribus in fronte. Completa Cinerum impoſitione Sacerdos dicit Verſum: Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. Deinde Orêmus. Cóncede nobis Dómine.&c Qua finita, depoſito pluuiali, lauabit manus priuatè in angulo Altaris, à parte Epiſtolæ, vel in ſacriſtia, & ſtatim accepto manipulo, & planeta, incipiet, & proſequetur Miſſam.

Hodie Concionator non petit benedictionem, niſi Epiſcopo præſente.

Dominica in Paſsione.

A Primis veſperis Dominicæ Paſsionis, vſque ad Sabbatum Sanctum in fine Litaniarum cooperiuntur omnes Cruces, & Imagines etiam in Feſtis.

Domi-

¶ VI.

FInita Tertia, aſperſioneq; aquæ benedictæ more ſolito facta, Sacerdos indutus pluuiali violaceo, vel ſine caſſulla, cum Miniſtris in albis procedit ad benedicendos Ramos palmarum, oliuarum, vel aliarum arborum ad cornu Epiſtolæ poſitos in aliqua menſa cooperta linteo. Et primo incipientibus Cantoribus cantat Chorus Antiphonam: Hoſánna Filio Dauid! Benedíctus, qui venit in Nómine Dómini. O Rex Iſraël! Hoſánna in excêlſis! Deinde Sacerdos ſtans in cornu Epiſtolæ, procedit ad Benedictionem Ramorum, vt in Miſſali. Quâ finitâ, Chorus incipientibus Cantoribus pro Graduali cantat ſequens Reſponſ.

Collegêrunt Pontífices, & Phariſæi concílium, & dixêrunt: Quid fácimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimíttimus eum ſic, omnes credent in eum. * Et vénient Románi, & tollent noſtrum locum, & Gentem. ℣. Vnus autem ex illis Cáiphas nómine, cúm eſſet Póntifex anni illîus, prophetâuit dicens: Expedit vobis, vt vnus moriátur homo pro pópulo, & non tota Gens péreat. Ab illo ergò die cogitauêrunt interficere eum dicéntes: * Et vénient Románi, &c.

Vel aliud Reſp. In monte Oliuéti orâuit ad Patrem: Pater, ſi fieri poteſt, tránſeat à me calix iſte.

* Spiri-

* Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma: fiat volúntas tua. ℣. Vigilâte, & orâte, vt non intrétis in tentationẽ. * Spíritus quidem. &c.

Diaconus, & Subdiaconus accipiant manipulū dum cantant Epiſtolam, & Euangelium in benedictione Ramorum, & ſtatim deponant. Ad finem Præfatij Chorus, incipientibus Cantoribus in medio capellæ, cantat: Sanctus: Sanctus: Sanctus Dóminus Deus Sabáoth. Pleni ſunt cœli, & terra gloria tua. Hoſánna in excelſis! Benedîctus qui venit in Nómine Dñi. Hoſánna in excelſis! Deinde Sacerdos procedit ad benedictionem Ramorū dicens Orationem: Petimus Domine cum alijs orationibus, vt in Miſſali.

Cùm dicitur quinta Oratio, nempè: Deus qui per oliuæ ramum. &c. accedunt duo Acolyti, vnus cum thuribulo, & nauicella; alter cũ vaſe aquæ benedictæ, & aſperſorio ad Sacerdotẽ. Qui, dicta per eum ſexta Oratione, videlicet: Benedic quæſumus Dñe. &c. ponit incenſum in thuribulũ, Diacono nauicellam miniſtrante, & benedicit illud more ſolito. Deinde accipiens aſperſoriũ de manu Diaconi, ter aſpergit Ramos aqua benedicta, hoc eſt, in medio, à dextris, & à ſiniſtris, dicendo Antiphonam: Aſpérges me, ſine cantu, & ſine Pſalmo. Poſtea accipiens thuribulum de manu eiuſdem Diaconi, incenſat ſimiliter. Mox dicit verſum: Dóminus vobíſcum. & vltimam Orationem.

Completa benedictione, dignior ex Fratribus accedit ad Altare, & accipiens Ramum de manu Diaconi, deoſculanſq; Ramum, cum debita reuerentia ipſum tribuit celebranti, non genufle ctens. Ipſe verò Celebrans tribuit Ramum acceptum vni ex Acolytis dum fit diſtributio: & ſtans inter Miniſtros verſus ad populum, miniſtrante Diacono, diſtribuit Ramos, primùm digniori, à quo ipſe accepit: deinde Diacono, & Subdiacono paratis, Sacerdotibus, Acolytis, & cæteris Fratribus per ordinem; vltimo laicis. Qui omnes genibus flexis, ramumq; ac manum Sacerdotis oſculãtes, illum accipient: Prælatis exceptis, vt ſupra dictum eſt in die Purificationis.

Cùm verò Sacerdos incipit diſtribuere, à Choro cantantur ſequentes Añæ.

Antiphona. P úeri Hebræôrum portántes rámos oliuârum obuiauêrunt Dómino clamántes, & dicentes: Hoſánna in excélſis.

Antiphona. P uéri Hebræôrum veſtiménta proſternébant in via, & clamábant dicéntes: Hoſánna Fílio Dauíd: Benedíctus, qui vénit in Nómine Dómini.

Quod ſi non ſufficiant, repetantur, quouſq; Ramorum diſtributio finiatur. Deinde Sacerdos dicit verſum: Dóminus vobîſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. O rêmus. O mnípotens ſempitêrne Deus. &c. Poſtea Celebrans, Diacono nauicellam mini-

ſtran-

[illegible]ante, ponit incenſum in thuribulo ſtans, & benedicit illud more ſolito. Diaconus verò iunctis manibus ante pectus, vertens ſe ad populum dicit cum cantu: Procedâmus in pace. Reſpondet Chorus: In Nómine Chriſti Amen. & fit Proceſsio ſic. Præcedit Thuriferarius cum thúribulo fumigante; deinde Subdiaconus, qui cantaturus eſt in Miſſa Epiſtolam, Crucem deferens velatam medius inter duos Acolytos cum candelâbris accenſis: ſequuntur Fratres per ordinem; vltimo Célebrans cum Diacono à ſiniſtris: omnes autem cum Ramis in manibus, & cantantur ſequentes Añæ, vel omnes, vel aliquæ quandiu durat Proceſsio.

Statio Prima.

Antiphona. Cum appropinquâret Dóminus Ieroſólimam, miſit duos ex diſcípulis ſuis dícens: Ite in caſtéllum, quod contra vos eſt, & inueniétis pullum áſinæ alligâtum, ſuper quem nullus hóminum ſedit: ſóluite, & addúcite mihi. Si quis vos interrogáuerit, dícite: Opus Dómino eſt. Soluêntes adduxêrunt ad Ieſum, & impoſuêrunt illi veſtiméta ſua, & ſedit ſuper eum. Alij expandêbant veſtiménta ſua in via. Alij ramos de arbóribus ſternêbant. Et qui ſequebântur, clamabant: Hoſánna, Benedîctus qui venit in Nomine Dómini: Benedîctum Regnũ Patris noſtri Dauid: Hoſánna in excelſis! Miſerére nobis Fili Dauid.

Statio Secunda.

Antiphona. Ante ſex dies ſolémnis Paſchæ, quando venit Dóminus in Ciuitátem Ieruſalêm, occurrêrunt ei púeri, & in mánibus portábant ramos palmârum, & clamábant voce magna dicéntes: Hoſánna in excélſis. Benedîctus qui venîſti in multitúdine miſericórdiæ tuæ. Hoſánna in excelſis.

Statio Tertia.

Antiphona. Occúrrunt turbæ cum flóribus, & palmis Redemptóri óbuiam: & victóri triumphánti digna dant obſéquia. Filium Dei ore gentes prædicant: & in láudem Chriſti voces tonant per núbila: Hoſánna in excélſis.

Statio Quarta.

Antiphona. Cum Angelis, & púeris fidéles inueniámur, triumphatóri mortis clamântes Hoſánna in excélſis.

Antiphona. Turba multa, quæ conuénerat ad diem feſtum, clamâbat Dómino: Benedîctus, qui venit in Nómine Dómini, Hoſánna in excelſis.

In reuerſione Proceſsionis duo Cantores intrant Eccleſiam, & clauſo oſtio ſtantes verſa facie ad Proceſsionem incipiũt verſum: Gloria, laus, &c. & decantant duos primos verſus. Sacerdos verò cum alijs extra Eccleſiam repetit eoſdem. Deinde qui ſunt intùs cantant verſus ſequentes vel omnes, vel partem, prout Priori videbitur: & qui ſunt extra, ad

quoſ-

quoslibet duos verſus reſpõdent: Gloria,laus&c
Sicut à principio.

℣. Gloria,laus,& honor tibi ſit Rex Chriſte Redemptor.

Cui puerile decus prompſit Hoſánna pium.

℟. Gloria,laus,&c.

Iſraël es tu Rex,Dauídis & ínclyta proles:
Nómine qui in Dómini Rex benedícte venis.

℟. Gloria,laus:&c.

Cœtus in excelſis te laudat cœlicus omnis
Et mortális homo,& cuncta creáta ſimul.

℟. Gloria,laus,&c.

Plebs Hebræa tibi cum palmis óbuia vénit
Cum prece, voto, hymnis ádſumus ecce tibi.

℟. Gloria,laus,&c.

Hi tibi paſſûro ſoluébant munia laudis;
Nos tibi regnânti pángimus ecce melos.

℟. Gloria,laus,&c.

Hi placuêre tibi:pláceat deuótio noſtra.
Rex bone, Rex clemens, cui bona cuncta placent.

℟. Gloria,laus.&c.

Poſtea Subdiaconus haſtili Crucis percutit portam,qua ſtatim aperta,Proceſsio intrat Ecclaſiam cantando Reſponſ.ſequens.

Statio Quinta.

Ingrediénte Dómino in ſanctam Ciuitátem, Hebræórum púeri reſurrectiônem vitæ pronuntiân-

tes, * Cum ramis palmãrũ Hoſánna clamâbant in excélſis. ℣. Cum audîſſet pópulus, quòd Ieſus venîret Ieroſólimã, exiêrunt óbuiã ei: * Cum ramis,&c. Et non dicitur Gloria Patri.&c. Deinde dicitur Miſſa. Fratres verò ingreſsi Chorum deponunt Ramos: quos reſumunt dum cantatur Paſſio,& Euangelium tantum.

Proceſsio Feriæ Quintæ in Cœna Domini.
¶ VII.

HOdie Sacriſta curat, quòd omnia, quæ ad Proceſsionem, & Monumentum pertinent, præparata ſint: arca videlicet, ſeu tabernaculum ab intus, vbi reponendum eſt ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum; aram, & corporale tenens. In Miſſæ autem tempore ad Communionẽ conuenienti, communicent Religioſi de manu Prælati, vt in Ordinario diſponitur cap. 11. §. 1. in fine.

Finita Miſſa accenduntur intortitia, & omnes Fratres portantes in manibus candelas ceræ albæ accenſas, procedent ad Proceſsionem, quæ fiet per Eccleſiam. Pro Cruce ferenda induitur alter Subdiaconus, vel defectu illius Acolytus cum amictu & rocheto: & Celebrans depoſita caſulla, & manipulo accipit pluuiale album, & ſtans ante Altare, Diacono nauicellam miniſtrante, imponit incenſum in thuribulo abſque benedictione. Deinde in medio genuflexus incenſat triplici ductu Sanctiſsimum Sacramentum: cum verò Diaconus porrigit Sacerdoti

thuri-

thuribulum, non oſculatur manum illius; neque cum illud poſtea de ipſius accipit manu. Tunc imponitur ſuper Celebrantis humeros velum album, & Diaconus (nō alius) cum debitis reuerentijs accipiens Calicem, ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum continentem, offert ſtans Celebranti genuflexo ſine reuerētia, & ſine oſculo, cooperiens illum extremitatibus prædicti veli ab humeris Sacerdotis dependentis, & ſtatim Diaconus genuflectit, & ſurgit.

Sacerdos ſurgens cum Sanctiſsimo Sacramento, medius inter Miniſtros conuertit ſe ad populum, & deſcendit ſub baldachino ſerico: & hoc ordine fiet Proceſsio, Thuriferario vſque ad Monumentum continuè ſanctiſsimum Sacramentum incenſante, Miniſtri autèm hinc, indè Celebranti aſsiſtentes eleuant anteriores fimbrias pluuialis, nè impediant illum. Dùm autem fit Proceſsio, cantatur.

HYMNVS.

Pange lingua glórioſi
Córporis myſtérium,
Sánguiniſq; prætióſi,
Quem in mundi prætium
Fructus Ventris generóſi
Rex effûdit Géntium.
Nobis datus, nobis natus
Ex intâcta Vírgine,
Et in mundo conuerſâtus
Sparſo Verbi ſémine,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Sui moras incolátus
Miro clauſit órdine.
In ſuprémæ nocte Cœnæ
Recúmbens cum frátribus,
Obſeruâta lege plenè
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat ſuis mánibus.
Verbum caro, panem verum
Verbo carnem éfficit:
Fitque ſanguis Chriſti merum:
Et ſi ſenſus déficit,
Ad firmândum cor ſincêrum,
Sola Fides ſúfficit.
Tantum ergò Sacraméntum
Venerémur cérnui,
Et antíquum documéntum
Nouo cedat rítui,
Præſtet Fides ſupplementum
Sénſuum deféctui.
Genitori, Genitoque
Laus, & iubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit, & benedíctio:
Procedénti ab vtroquè
Compar ſit laudátio. Amen.

Cum autem peruentum fuerit ad Monumentum, Diaconus genuflexus à Sacerdote ſtante accipit

Calicem cum Venerabili Sacramento, & ponit il-lum primò ſuper Altare. Tunc Sacerdos ſurgit, & ponit incenſum in thuribulo & rursùs genuflexus ſanctiſsimum Sacramentum incenſat, vt ſuprà. Mox Diaconus ipſum Calicem reponit in capſula. His finitis, reuertuntur Fratres ſub ſilentio, & in Choro dicuntur Veſperæ ſine cantu.

Poſt Veſperas Sacerdos cum Miniſtris denudēt Altaria legendo Antiphonam: Diuiſerunt ſibi veſtimēnta mea: & ſuper veſtem meam miſèrunt ſortē, cum Pſal.xxi. Deus Deus meus reſpice in me.

Qui officium facturus eſt die ſequenti, cuſtodiat clauem Capſulæ: quæ nunquam dabitur ſæcularibus.

De Mandato Feriæ quintæ in Cœna Domini. ¶ VIII.

Licet Pius Quintus Pontifex maximus circa horam faciendi Mandatum diſpēſauerit; non tamen circa modum & ceremonias, & ſic deinceps fiet, iuxta id quod ponitur in Miſſali recognito hoc modo.

In primis Sacriſta prouideat diligenter de omnibus neceſſarijs ad faciendum Mandatum: & hora competenti facto ſigno cum tabula, cōueniant Fratres in Sacriſtiam: vbi Prælatus ſuper amictum, & albam induitur ſtola, & pluuiali violaceo: Diaconus verò, & Subdiaconus cum dalmaticis albi coloris, ſicut miniſtrauerunt in Miſſa, & ſic omnibus præparatis, exeant omnes quaſi proceſ-

Digitized by Google

ſionaliter nudis pedibus; præter eos qui ad celebrationem officij induti ſunt veſtibus ſacris.

Præcedit Thuriferarius: deinde duo Acolyti cum candelàbris accenſis abſque Cruce , & Fratres per ordinem; vltimus Prælatus cum Diacono à dextris, & Subdiacono à ſiniſtris. Cumq; ventum fuerit ad locum ad id deputatum, miniſtrante eodem Diacono nauiculam , imponit Prælatus incenſum in thuribulo, benedicens illud more ſolito. Mox Diaconus librum Euangeliorum ante pectus tenens , genuflexus ante Superiorem petit benedictionem: qua accepta , aſtantibus Acolytis cum candelabris accenſis, et Subdiacono librum tenente, ſignat librum , et incenſat, & cantat, vt moris eſt, Euangelium: Ante diem feſtum Paſchæ, *à latere ſiniſtro Prælati. Quo finito, Subdiaconus portat librum apertum oſculandum Superiori: Diaconus eum de more incenſat: et interim Acolyti ponunt candelabra ad gradus monumenti accipienda, quando Prælatus dicturus eſt orationem poſt lotionem pedum.*

Poſtea Superior exuitur plusiali, & per Diaconum, & Subdiaconum præcingitur linteo: & ſic præcinctus, aſsiſtentibus ſibi eiſdem Diacono, & Subdiacono, accedit ad lotionem pedum: & per ordinem diſpoſitis Fratribus (qui, dum lotio fit pedum, ſedebunt) Acolytis autem peluim, & aquã miniſtrantibus; Subdiacono verò genuflexo, & ſingulorũ pedem dextrum tenente, Superior genuflectens ſingulis illorum pedem lauat, extergit Diacono præbente linteum, & oſculatur: & interim hæc ſubſcripta cantantur.

Anti-

Antiphona. Mandátum nouum do vobis,vt diligâtis ínuicèm ſicùt dilêxi vos, dicit Dóminus.

Pſal. Beáti immaculâti in via:qui ámbulant in lege Dómini.

Et repetitur immediate Antiphona: Mandátum nouum do vobis,vt diligâtis ínuicèm, ſicùt dilêxi vos,dicit Dòminus. Et ſic aliæ Antiphonæ,quæ habent Pſalmos vel verſus,repetuntur: & de quolibet Pſalmo dicitur tantùm primus verſus.

Antiphona. Poſtquàm ſurrêxit Dóminus à Cœna, miſit aquam in peluim, & cœpit lauâre pedes Diſcipulôrum ſuôrum: hoc exêmplum relîquit eis.

Pſal. Magnus Dóminus,& laudábilis nimìs: in ciuitâte Dei noſtri,in monte ſancto eius.

Antiph. Poſtquàm ſurrêxit Dóminus à Cœna, miſit aquam in peluim, & cœpit lauâre pedes diſcipulôrum ſuôrum:hoc exémplum relîquit eis.

Antiph. Dóminus Ieſus,poſtquàm cœnauit cũ diſcípulis ſuis,lauit pedes eôrum, & ait illis: Scitis quid fécerim vobis ego Dóminus, & Magîſter? Exémplum dedi vobis,vt & vos ita faciâtis.

Pſal. Benedixíſti Dómine terram tuam:auertîſti captiuitâtem Iacob.

Antiph. Dóminus Ieſus, poſtquàm cœnâuit cum Diſcípulis ſuis lauit pedes eôrum, & ait illis: Scitis quid fécerim vobis ego Dóminus, & Magiſter? Exémplum dedi vobis,vt & vos ita faciâtis.

Antiph. Dómine tu mihi lauas pedes? Reſpôn

dit Ieſus, & dixit ei: Si non láuero tibi pedes, non habêbis partem mecum.

Verſ. V enit ad Simônem Pétrum, & dixit ei Petrus. Et repetitur Antiph. D ómine tu mihi lauas pedes? Reſpôndit Ieſus, & dixit ei: Si non láuero tibi pedes, non habêbis partem mecum.

Verſ. Q uod ego fácio tu néſcis modò, ſcies autem poſteà. Tertiò repetitur Ana. D ómine tu mihi lauas pedes? Reſpôndit Ieſus, & dixit ei: Si non láuero tibi pedes, non habêbis partem mecum.

Verſ. S i ego Dóminus, & Magîſter veſter laui vobis pedes: quanto magis debétis alter altérius lauáre pedes?

Pſal. A udîte hæc omnes gentes: auribus percípite qui habitâtis orbem.

Antiph. I n hoc cognóſcent ómnes, quia diſcípuli mei eſtis: ſi dilectiônem habuerîtis adínuicem.

Verſ. D ixit Ieſus diſcípulis ſuis.

Antiph. M áneant in vobis Fides, Spes, Cháritas: tria hæc: maior autem horum eſt Cháritas.

Verſ. N unc autem manent Fides, Spes, Cháritas: tria hæc, maior autém horum eſt Cháritas.

Antiph. B enedícta ſit ſancta Trínitas, atq; indiuîſa vnitas: Confitébimur ei, quia fecit nobîſcum miſericórdiam ſuam.

Verſ. B enedicâmus Patrem, & Filium, cum Sancto Spíritu.

Pſal

Pſal. Quàm dilecta tabernácula tua Dómine virtûtum! Concupîſcit, & déficit ánima mea in átria Dómini.

Antiph. Vbi Cháritas, & amor: Deus ibi eſt.
Verſ. Congregâuit nos in vnum Chriſti amor.
Verſ. Exultêmus, & in ipſo iucundêmur.
Verſ. Timeâmus, & amêmus Deum viuum.
Verſ. Et ex corde diligâmus nos ſincêro. Et repetitur Antiphona: Vbi Cháritas, & ámor: Deus ibi eſt.

Verſ. Simul ergo cum in vnum congregâmur. Verſ. Ne nos mente diuidâmur, caueámus. ℣. Ceſſent iurgia maligna, ceſſent lites. ℣. Et in medio noſtri ſit Chriſtus Deus. Et repetitur Antiph. Vbi Cháritas, & amor: Deus ibi eſt. ℣. Simul quoque cum Beâtis videâmus. ℣. Gloriânter vultum tuum Chriſte Deus. ℣. Gaudiũ, quod eſt imménſum, atque probum. ℣. Sæcula per infinîta ſæculôrum. Amen.

Poſt lotionem Superior, vel qui alijs abluit pedes, lauat manus, & abſtergit alio linteo: deinde rediens ad locum, vbi priùs fuerat, (cui illicò adſunt duo Acolyti cum cereis accenſis) accipit pluuiale, & ſtans, Miniſtriſque Miſſale vel Manuale tenentibus dicit:

Pater noſter. Secreto.
℣. Et né nos indûcas in tentatiônem.
℞. Sed líbera nos à malo.
℣. Tu mandáſti mandáta tua Dómine

℞. Cu-

℟. Cuſtodîri nimis.
℣. Tu lauâſti pedes diſcipulôrum tuorum.
℟. Opera mánuum tuárum nè deſpícias.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobîſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo. Orêmus.

ADeſto Dómine, quæſumus, officio ſeruitûtis noſtræ: & quia tu diſcípulis tuis pedes lauâre dignâtus eſt, nè deſpícias ópera mánuum tuarũ, quæ nobis retinénda mandâſti: vt ſicut hic nobis, & à nobis exteriôra abluûntur inquinaménta: ſic à te ómnium noſtrûm interiôra lauêntur peccâta: quod ipſe præſtâre dignéris. Qui viuis & regnas Deus per ómnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Si concio ad populum habenda ſit, Concionator (niſi fuerit Celebrans) benedictionem poſtulat, & accipit, & ſtatim prædicat: & poſt concionem reuertuntur omnes ad Sacriſtiam eo ordine, quo venerant in ſilencio.

De Officio Feriæ ſextæ in Paraſceue.

¶ IX.

COncionator hac die nõ petit benedictionem, ſed orat aliquantulum ante Altare. Præparetur ante officium diei tapete oblongum, ſeu pannus violaceus pro Crucis adoratione ſuo tempore extendendus: magnus item puluinus ex ſerico violaceo vel nigro, vbi Crux erit ponenda, et velum

eiuſdem coloris ſuper eo explicandum. Crux autem, quæ ſit vnius vlnæ menſuræ (lingua vulgari del tamaño de vna vara) habens Imaginem ſanctiſsimi Crucifixi, cooperiatur ſerico nigro.

De Adoratione Crucis.

Sacerdos completis orationibus, depoſitâ caſulla, accedit ad cornu Epiſtolæ, & ibi in poſteriori parte anguli Altaris accipit à Diacono Crucem iam in Altari præparatam: quam, verſa ad populum facie, à ſummitate partim diſcooperit, incipiens ſolus Antiphonam: **Ecce lignum Crucis.** Ac deinceps iuuatur in cantu à Miniſtris in reliquis, vſque ad Venîte adorémus. Choro autem cantante: Venîte adorémus omnes ſe proſternunt, excepto Celebrante. Deinde procedit ad anteriorem partem anguli eiuſdem cornu Epiſtolæ, & diſcooperiens brachium dextrum Crucis, & caput figuræ Crucifixi, eleuanſqué eam pauliſpér altiùs quàm primò, incipit: Ecce lignum Crucis, alijs cantantibus, & adorantibus, vt ſupra. Mox procedit ad medium Altaris, & diſcooperiens Crucem totaliter, ac eleuans eam tertiò altiùs, incipit: Ecce lignum Crucis, alijs eodem modo ac ſuprà cantantibus, & adorantibus: Ecce lignum Crucis, in quo ſalus mundi pepêndit: Venîte adorémus. Detecta Cruce à Celebrante deteguntur reliquæ Cruces. Poſtremò Celebrans ſolus portat Crucem ad locum ante Altare præparatum, & genuflexus ibidem

dem eam locat:reditq; ad Altare, vbi adiutus per Acolytum deponit calceamenta,& accedit ad adorandum Crucem iunctis manibus ante pectus ter genua flectens cum debita diſtantia, aliquantulùm pro vnaquaque vice orando; quam reuerentèr oſculatur. Hoc facto reuertitur abſque alia genuflexione,& accipit calceamenta,& caſullam. Poſteà duo ſimùl Miniſtri adorant eodem modo. Deinde Conuentus incipiendo à ſenioribus, bini & bini: deinde Acolyti, & cæteri Fratres laici, atque Donati;poſtremò ſæculares. Interim autem per Chorum cantantur improperia, & alia quæ ſequuntur, totaliter, vel in parte,vſque ad vltimò accedentiũ ſæcularium adorationem expletam.

Duo autem Cantores in medio Chori cantant verſum: Popule meus vſque ad Agios ò Theos

℣. Popule meus quid feci tibi, aut in quo contriſtâui te? Reſpónde mihì.

℣. Quia edûxi te de terra Ægypti:paráſti Crucẽ Saluatôri tuo.

Vnus Chorus cantat:	A gios ò Thêos.
Alius Chorus reſpondet.	S anctus Deus.
Primus Chorus:	A gios Iſchyros.
Secundus Chorus:	S anctus fortis.
Primus Chorus:	A gios Athánatos eléiſon ímas.
Secundus Chorus:	S anctus immortâlis miſerêre nobis.

Poſtea

Poſtea duo de ſecundo Choro cantant Verſ. Quia edûxi te per deſértum quadragínta annis,& mannâ cibâui te:& introdûxi te in terram ſatis bonam:parâſti Crucem Saluatóri tuo.

Vnus Chorus cantat:	Agios ò Thêos.
Alius Chorus reſpondet:	Sanctus Deus.
Primus Chorus:	Agios Iſchyros.
Secundus Chorus:	Sanctus fortis.
Primus Chorus:	Agios Athánatos eléiſon ímas.
Secundus Chorus.	Sanctus immortâlis miſerêre nobis.

Deinde duo de primo Choro cantant Verſ. Quid vltra debui fácere tibi, & non feci? Ego quidem plantâui te víneam meam ſpecioſiſsimam, & tu facta es mihi nimis amâra : acêto nanq; ſitim meam potâſti: & lâncea perforâſti latus Saluatôri tuo.

Vnus Chorus cantat:	Agios ò Thêos.
Alius Chorus reſpondet:	Sanctus Deus.
Primus Chorus:	Agios Iſchyros.
Secundus Chorus:	Sanctus fortis.
Primus Chorus:	Agios Athánatos eléiſon ímas.
Secundus Chorus:	Sanctus immortâlis miſerêre nobis.

Verſus ſequentis improperij à duobus Cantoribus alternatim cantantur, vtroque Choro ſimùl re

petente poſt quemlibet verſum : Pópule meus, vſque ad: Quia edúxi te de terra Ægypti.

Duo de ſecundo Choro Verſ.	Ego propter te flagellâui Ægyptũ cum primogénitis ſuis : & tu me flagellâtum tradidîſti.
Totus Chorus repetit.	Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo cõtriſtâui te? Reſpõde mihi.
Duo de primo Choro Verſ.	Ego edúxi te de Ægypto, demerſo Pharaône in mare rubrũ, & tu me tradidîſti Princípibꝰ Sacerdótũ.
Totus Chorus.	Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo cõtriſtâui te? Reſpõde mihi.
Duo de ſecundo Choro ℣.	Ego ante te apérui mare : tu aperuîſti lánceâ latus meum.
Totus Chorus.	Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo cõtriſtâui te? Reſpõde mihi.
Duo de primo Choro Verſ.	Ego ante te præîui in colúmna nubis : & tu me duxîſti ad prætórium Pilâti.
Totus Chorus:	Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo cõtriſtâui te? Reſpõde mihi.
Duo de ſecundo Choro ℣.	Ego te paui mannâ per deſértũ: & tu me cecidîſti álapis, & flagéllis.
Totus Chorus.	Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo cõtriſtâui te? Reſpõde mihi.
Duo de primo Choro Verſ.	Ego te potâui áqua ſalûtis de petra, & tu me potâſti felle, & acêto.

Totus

Totus Chorus.	Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo cõtriſtâui te? Reſpõde mihi.
Duo de ſecundo Choro. Verſ.	Ego propter te Chananeôrum Reges percûſsi:& tu percuſsîſti arũdine caput meum.
Totus Chorus:	Popule meus,quid feci tibi? aut in quo cõtriſtâui te?Reſpõde mihi.
Duo de primo Choro. Verſ.	Ego dedi tibi ſceptrum regâle : & tu dedîſti cápiti meo ſpíneam corônam.
Totus Chorus	Pópule meus,quid feci tibi? aut in quo cõtriſtâui te? Reſpõde mihi.
Duo de ſecundo Choro. Verſ.	Ego te exaltâui magna virtûte : & tu me ſuſpendîſti in patíbulo Crucis.
Totus Chorus	Pópule meus,quid feci tibi? aut in quo cõtriſtâui te?Reſpõde mihi
Deinde cantatur communiter Aña.	Crucem tuam adorâmus Dómine, & ſanctam Reſurrectiône tuam laudâmus,&glorificâmus. Ecce enim propter lignum venit gáudium in vniuêrſo mũdo.
Pſalmus.	Deus miſereâtur noſtri, & benedìcat nobis:illúminet vultum ſuum ſuper nos,& miſereâtur noſtri.

Et repetitur immediatè Aña: Crucem tuam. &c. Poſtea cãtatur ℣. Crux fidelis,cũ Hymno Pãg. Lingua,& poſt quẽlibet eius ℣. repetitur Crux fid

lis, vel Dulce lignũ, eo modo quo inferiùs notatur:
Crux fidêlis inter omnes arbor vna nóbilis: nulla ſilba talem profert fronde, flore, gérmine.
Dulce lignũ, dulces clauos, dulce pŏdus ſúſtinet.

HYMNVS.

Pange lingua glorióſi
Prælium certáminis:
Et ſuper Crucis trophæum
Dic triúmphum nóbilem,
Qualitèr Redemptor orbis
Immolátus vícerit.
℣. Crux fidélis inter omnes. &c.
De parêntis protopláſti
Fraude factor cóndolèns,
Quando pomi noxiâlis
Morſu in mortem córruit.
Ipſe lignum tùnc notâuit,
Damna ligni vt ſólueret.
Repetitur: Dulce lignum, vt ſupra.
Hoc opus noſtræ ſalûtis
Ordo depopóſcerat:
Multifôrmis proditôris
Ars vt artem fálleret;
Et medêlam ferret inde,
Hoſtis vnde læſerat.
Repetitur ℣. Crux fidélis, vt ſupra.
Quando venit ergo ſacri
Plenitûdo témporis,

Miſſus

Miſſus eſt ab arce Patris
Natus orbis Cónditor
Atq; ventre virginâli
Caro factus pródijt.
℣. Dulce lignum.
V agit ínfans inter arcta
Cónditus præſépia:
Membra pannis inuolûta
Virgo Mater álligat
Et manus,pedeſq; & crura
Stricta cingit fáſcia.
Repetitur ℣. Crux fidélis.
L uſtris ſex qui iam perâctis
Tempus implens córporis,
Se volênte,natus ad hoc
Paſsiôni déditus
Agnus in Crucis leuâtur
Immolândus ſtípite
Repetitur: Dulce lígnum.
H ic acêtum,fel, arûndo,
Sputa,claui láncea
Mite corpus perforâtur,
Sanguis vnda prófluit,
Terra,pontus,aſtra,mundus
Quo lauântur flúmine.
℣. Crux fidélis.
F lecte ramos arbor alta,
Tenſa laxa viſcera.

Et rigor lentêſcat ille
Quem dedit natíuitas
Vt ſuprêmi membra Regis
Miti tendas ſtípite.
Repetitur: Dulce lignum.
S ola digna tu fuîſti
Ferre ſæcli prætium,
Atq; portum præparâre
Náuta mundo náufrago,
Quem ſacer cruor perûnxit
Fuſus Agni córpore.
Repetitur. Crux fidelis.
G loria,& honor Deo
Vſquequâq; Altíſsimo,
Vna Patri,Filioq;
Inclyto Paráclito;
Cui laus eſt,& potêſtas
per æterna ſæcula. Amen.
Repetitur. Dulce lignum.&c.

Circa finem adorationis Crucis accenduntur candelæ uper Altare, & Diaconus accipiens burſam corporalium extendit corporale more ſolito, & iuxtà illud ponit purificatorium.

Finita iam Crucis adoratione, Diaconus accedens ad puluinare, eleuat Crucem reuerenter, & reportat ad Altare officij. Celebrans tunc, & omnes alij Cruci genufle-ctunt: qui ſtatim ſurgunt, & ordinatur proceſsio ad locum vbi pridiè ſanctiſsimum Sacramentum repoſitum fue-

rat

rat. Precedit Cruciferarius medius inter duos Acolytos deferentes candelabra cum cereis accenſis: ſequuntur Fratres per ordinem, vltimus Sacerdos cum miniſtris. Et cùm diſcedunt, omnes reuerentiam faciunt cum genuflexione Cruci ſuper Altare à Diacono repoſitæ. Cùm peruentum fuerit ad Monumentum, accẽduntur intortitia: quæ non extinguuntur, niſi poſt ſumptionem Sacramenti. Sacerdos verò, cùm ingreſſus fuerit ſacellum, vbi corpus Domini eſt repoſitum, genua cum miniſtris flectit: quod & prope Altare iterum facit, & orat parumper. Diaconus interim aperit capſulam, vbi includitur venerabile Sacramentum: poſteà Sacerdos ſurgit, & ſtans imponit incenſum nihil dicens, Diacono nauiculam ſine oſculo miniſtrante; & rurſus genuflexus incenſat ſanctiſsimum Sacramentum. Deinde Diaconus extrahens Calicem de tabernaculo, illum in manibus Celebrantis reuerenter collocat, & cooperit extremitatibus veli, quod illius humeros circundat: & ſtatim Diaconus genuflectit, & ſurgit. His peractis Sacerdos vna cum miniſtris deſcendit ſub baldachino, & Turiferario continuò ſanctiſsimum Sacramentum incenſante, Cantoribus verò incipientibus Hymnum ſequentem, ordine quo venerant, reuertuntur recto tramite à Monumento ad Altare.

HYMNVS.

VExílla Regis pródeunt,
Fúlget Crucis myſtérium,
Quo carne carnis Cónditor
Suſpénſus eſt patíbulo.

Quo vulnerâtus inſupèr
Mucrône diro lánceæ:
Vt nos lauâret crímine,
Manâuit vnda,& ſánguine.
Impleta ſunt quæ cóncinit
Dauid fideli cármine
Dicens:In natiónibus
Regnáuit à ligno Deus.
Arbor decôra,& fúlgida;
Ornâta Regis púrpura,
Eléćta digno ſtípite
Tam ſánćta membra tángere.
Beata cuius bráchijs
Sæcli pepêndit prætium:
Statêra facta córporis:
Prædamq; tulit tártari.
O Crux aue ſpes vnica
Hoc paſsiónis témpore,
Auge pijs iuſtítiam,
Reiſq; dona véniam.
Te ſumma Deus Trínitas
Collaudet omnis ſpíritus:
Quos per Crucis myſtérium
Saluas,rege per ſæcula.Amen.

Cum peruentum fuerit ad Altare,Fratres in Eccleſia remanentes,flexis genibus vſque ad finem Miſſæ permanebunt.

Sabbato Sancto

¶ X.

Altare habeat duo Frontalia, alterum album; & ſupra illud alterum violaceum remouendum circa finem Litaniarũ. Hac die Sacriſta, dum legitur in choro Nona, vel antea, excutit ignem ex ſilice extra Eccleſiam (quod apud Nos fieri conſueuit in angulo clauſtri: eo autem deficiente, iuxta portam Eccleſiæ principalem) remanetque ibidem vſque dum Conuentus prodeat ad Benedictionẽ. Dicta Nona Fratres progrediuntur proceſsionaliter à Sacriſtia in hac forma.

Præcedit Thuriferarius cum thuribulo abſque prunis, ſequuntur Acolyti ſine cereis, deinde Conuentus per ordinem, vltimo Sacerdos pluuiali violaceo indutus medius inter Miniſtros, ſcilicet, inter Diaconum, & Subdiaconum in albis ſine manipulis. Cùm ventum fuerit ad præparatum locum, vbi benedictio facienda eſt; diſpoſitis Fratribus in forma Proceſsionis iuxta loci capacitatem, Diaconus imponit librum in faciſtorio cooperto iam violaceo colore, Sacerdos verò verſo vultu ad Altare ad hoc præparatum, incipit ſine cantu benedictionem ignis noui, hoc modo.

℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. Orêmus. Deus qui per Filium tuum. &c. vt in Miſſali.

Dum benedicitur incenſum, Thuriferarius aliquas ex prunis benedictis imponit thuribulo, &

nita Oratione Sacerdos de nauicula ponit incenſum in thuribulo, benedicens illud more ſolito: deinde prædicta grana incenſi,& ignem ter aſpergit aqua benedicta dicens: **Aſperges me,** ſine cantu & Pſal.& ter adolet incenſo. Interim omnia luminaria Eccleſiæ extinguuntur,vt de igne benedicto poſtmodum accendantur.

Finita benedictione incenſi, Acolytus accendit candelam de nouo igne benedicto, & Diaconus deponit ſtolam violaceam,& accipit ſtolam, manipulum,& dalmaticam albi coloris, Subdiaconus verò manipulum violaceum.

Mox Diaconus accipiens arundinem trium cãdelarum albi coloris, Subdiaconus verò Crucem; altero ex Acolytis lancem cum quinque granis incenſi;altero verò accenſam ex igne nouo candelam deferentibus, Eccleſiam hoc ordine ingrediuntur. Præcedet Thuriferarius, deinde Acolyti, poſtea Subdiaconus, quem Conuentus proceſsionaliter inſequitur,ſequiturq;Diaconus,vltimo Celebrans.

Diaconus ad ingreſſum Eccleſiæ inclinat arundinem. Acolytus verò, qui accenſam ignis noui candelam defert,accedens ad eum,vnam ex tribus candelis arundinis accendit: ſtatim Diaconus ſimul cum cæteris omnibus genuflectens, præter Subdiaconum Crucem ferentem,eleuata arundine ſolus cantat: **Lumen Chriſti.** Chorus reſpondet:

Deo

Deo grátias. Et procedens ad medium Eccleſiæ ibi accenditur alia candela, & iterum genuflexis omnibus altiùs cantat. **Lumen Chriſti.** ℟. **Deo grátias.** Poſtea ſurgentes accedunt propè Altare, vbi eodem modo accenſa ab Acolyto tertia candela genuflexis omnibus, arundinem & vocem eleuans ſubliuniùs ſolitò dicit tertio. **Lumen Chriſti.** ℟. **Deo grátias.**

Hoc facto, Conuentus ad Chorum, Sacerdos verò cum miniſtris ad Altare aſcendentes, ibi pro Paſchalis Cerei benedictione remanẽt: Diaconus porrigit arundinem vni Acolyto, & accipiens librum, petit à Celebrante benedictionem, vt ſit ad Euangelium: accedit ad faciſtorium, & ſuper eo librum incenſat ſtantibus à dextris Subdiacono cũ Cruce & Thuriferario, à ſiniſtris verò duobus Acolytis, illo qui tenet arundinem, & altero tenente in vaſe quinque grana incenſi benedicti figenda in Cereo: Tũc ſtantibus omnibus, verſa facie ad Diaconum, ipſe cantat: **Exũltet iam Angélica turba, &c.** vt in Miſſali.

Finita benedictione Cerei, Acolytus figit arundinem in cornu Euangelij in pede ligneo ibi parato: cuius candelæ ardent etiam ad veſperas huius diei, & non ampliús.

Cereus Paſchalis ipſe, non alia candela eidem ſuperpoſita, ardet hodie; & tribus ſequentibus diebus; Sabbato, & Dominica in albis, alijſque Domi-

nicis

nicis in Miſſa & veſperis vſque ad Euangelium Aſcenſionis incluſiue: alijs autem diebus quantumcumque ſolemnibus non accenditur.

Proceſsio in Aurora Dominicæ Reſurrectionis.

¶ XI.

IN Aurora Reſurrectionis poſt Matutinum & Laudes Miſſa ſolemnis decantatur: in qua duæ Hoſtiæ conſecrentur, altera pro Officio Miſſæ, altera in Proceſsione portanda. Igitur poſito ſanctiſsimo Sacramento in Cuſtodia, finita Miſſa ſolemni, congregatis in Eccleſia Fratribus, ibiq́; cum candelis accenſis genuflexis, Sacerdos retrahit ſe ad cornu Epiſtolæ, & depoſitis caſulla & manipulo, accipit pluuiale albi coloris, & rediens ad medium Altaris cum Miniſtris etiam ſine manipulis, genuflectunt Sacramento. Interim accedet Thuriferarius, & miniſtrante nauiculã Diacono abſque oſculo coclearis & manus, Sacerdos ſtans ſine benedictione imponit thus in thuribulo, quo facto genuflectit, & accipiens thuribulum de manu Diaconi abſque oſculo, ter incenſat ſanctiſsimum Sacramentum. Tunc per Diaconum & Subdiaconum imponetur ſuper eius humeros velum ſericum album: & Diaconus à dextris accedit ad Altare, & cum debitis reuerentijs accipiens Cuſtodiam cum ſanctiſsimo Sacramẽto, illud in manibus Sacerdotis adhuc genuflexi ſine aliqua reuerentia, aut oſculo collocabit, & ſtatim genuflectit. Antequã moueatur Proceſsio, omnibus (vti antea erant) genuflexis cantantur ſequentes Añæ.

Aña. E xûrge Dñe in réquiem tuam: tu & Arca ſanctificatiônis tuæ. Allellûia: Allellûia.

Aña. E xûrge gloria mea: exûrge pſaltérium & cithara. Allellûia.

Cantôres. E xûrgam dilúculo. Conuentus. Allellûia. Allellûia.

Aña. R egîna cœli lætâre: Allellûia. Q uia quem meruîſti portâre: Allellûia, R eſurrêxit ſicut dixit: Allellûia. O ra pro nobis Deum: Allellûia.

Quibus finitis, incipientibus Cantoribus Hymnum Auróra lucis, &c. in tono graui, & cum pauſa, ſurgunt omnes: Sacerdos cũ Miniſtris deſcẽdit ſub baldachino: & Thuriferario cõtinuò ſanctiſsimũ Sacramẽtum incenſante inchoatur Proceſsio.

Statio Prima.

HYMNVS.

A Vróra lucis rútilat,
Cœlum láudibus íntonat,
Mundus exûltans iúbilat,
Gemens inférnus vllulat.

C um Rex ille fortíſsimus,
Mortis confrâctis víribus,
Pede concûlcans tártara;
Soluit à pœna míſeros.

I lle, qui clauſus lápide
Cuſtodîtur ſub mílite,
Triúmphans pompa nóbili,
Víctor ſurgit de fúnere.

Solû-

Solûtis iam gemítibus,
Et inférni dolóribus,
Quia ſurréxit Dóminus
Reſpléndens clamat Angelus.
Quæſumus Autor ómnium
In hoc Paſchâli gaudio
Ab ómni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.
Glória tibi Dómine
Qui ſurrexîſti à mórtuis
Cum Patre,& ſancto Spíritu
In ſempitérna ſæcula. Amen

Cúm peruentum fuerit ad primam ſtationem, genuflectunt omnes, ſi ſint altaria, in quibus ſanctiſsimum Sacramentum collocari poſsit. Sacerdos verò dum dicitur ℣. Hymnus, vel ℟. ponit ſanctiſsimum Sacramentum in Altari, genuflectit, & ſtatim ſurgit, & ponit incẽſum in thuribulo abſque benedictione, & iterum genuflexus incenſat ter ſanctiſsimum Sacramentum. Interim Cantores ſtantes dicunt:

℣. In reſurrectiône tua Chriſte: Allellûia.

℟. Cœli, & terra lætẽntur: Allellûia.

Surgit Celebrans, & ſtans (Miniſtris genuflexis, & librum tenentibus) dicit iunctis manibus deuotè.

Orêmus.

Deus qui hodiérna die per Vnigénitum tuũ æternitâtis nobis áditum, deuîcta morte re

ſerâſti:vota noſtra,quæ præueniéndo aſpîras, etiã adiuuândo proſéquere. Per eundem Chriſtum Dóminum noſtrum. ℞. Amen.

Si autem Altaria præparata non fuerint per clauſtra,oratio nulla dicenda eſt,nec deponenda Cuſtodia.

Statio Secunda.

℞. Surrêxit Paſtor bonus,qui ánimam ſuam póſuit pro óuibus ſuis. * Et pro grege ſuo mori dignâtus eſt. Allelûia. Allellûia. ℣. Surréxit Dominus de ſepúlchro,qui pro nobis pepêndit in ligno. * Et pro grege ſuo, &c.

℣. Surrêxit Dóminus verè: Allellûia.

℞. Et appáruit Simôni: Allellûia. Oratio vt in prima ſtatione.

Statio Tertia.

℞. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non móritur; mors illi vltra non dominábitur: quod enim mórtuus eſt peccâto,mórtuus eſt ſemel; quod autẽ viuit,viuit Deo. * Allellûia. Allellûia. Allellûia. ℣. Mórtuus eſt ſemel propter delicta noſtra,& reſurrêxit propter iuſtificatiônẽ noſtram. * Allelûia,&c.

℣. Surrêxit Dóminus de ſepúlchro. Allellûia

℞. Qui pro nobis pepêndit in ligno. Allellûia

Oratio vt ſupra.

Statio Quarta.

℟. Expurgâte vetus fermêntum, vt ſitis noua conſperſio: etenim Paſcha noſtrum immolâtus eſt Chriſtus; * Itaq; epulêmur in Dómino. Allelúia.
℣. Mórtu⁹ eſt propter delicta noſtra, & reſurrêxit propter iuſtificatiônẽ noſtrã. * Itaq; epulêmur, &c.
℣. Gaude, & lætâre Virgo María. Allelûia.
℟. Quia ſurrêxit Dóminus verè. Allelûia. Oratio vt ſupra.

Statio Quinta ad Eccleſiam.

HYMNVS.

AD cœnam Agni próuidi,
Et ſtólis albis cándidi
Poſt tránſitum maris rubri
Chriſto canâmus Príncipi.
Cuius corpus ſanctiſsimum
In ara Crucis tórridum
Cruôre eius róſeo
Guſtándo víuimus Deo.
Protêcti Paſchæ veſpere
A deuaſtânte Angelo
Erépti de durîſsimo
Pharaônis império.
Iam Paſcha noſtrum Chriſtus eſt,
Qui immolâtus Agnus eſt
Sinceritátis ázyma,
Caro eius oblâta eſt.
O verè digna Hoſtia

Per quam fracta ſunt tártara
Redêmpta plebs captíuata
Réddita vitæ præmia.
C onſûrgit Chriſtus túmulo,
Victor r.dit de bárathro,
Tyránnum trûdens vínculo,
Et paradîſum réſerans.
Q uæſumus Autor ómnium,
In hoc Paſchâli gaudio
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defênde pópulum.
G loria tibi Dómine,
Qui ſurrexîſti à mórtuis;
Cum Patre,& ſancto Spíritu
In ſempitêrna ſæcula. Amen.

C um peruentum fuerit ad Capellam maiorem, Sacerdos cum Miniſtris aſcendit ad Altare, Diaconus à dextris cum debita reuerentia,& genuflexione,ac ſine oſculo accipit de manu ipſius Sacerdotis ſtantis ſanctiſsimum Sacramentum, & illud ſuper Altare collocat. Sacerdos paulò retrocedens & ſtans, imponit incenſum in thuribulo, (miniſtrante nauiculam Diacono,ſine benedictione aut oſculo) & genuflexus in ſupremo gradu Altaris ſanctiſsimum Sacramentum triplici ductu thurificat. Quo facto duo Cantores ſtantes cantabunt.

℣. C rucifixus ſurrêxit á mortuis. Allelûia.
℟. E t redêmit nos: Allelûia.

rêmus. Deus,qui hodiérna die, &c. vt ſupra in prima ſtatione. Deinde.

DEus, qui nobis ſub Sacramênto mirábili Paſsiônis tuæ memóriam reliquíſti: tríbue quæſumus, ita nos córporis & ſánguinis tui ſacra myſtéria venerâri:vt redemptiônis tuæ fructum in nobis iúgitèr ſentiâmus. Qui viuis, & regnas per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Quâ finitâ,accedit Celebrans ad Altare, genuflectit,ſurgit;& accepta Cuſtodia, vertit ſe ad populum,ſuper illum ſignum crucis cum ſanctiſsimo Sacramento facit nihil dicens. Quo facto, iterùm deponit Cuſtodiam ſuper Altare,& non thurificat. Tandem deponit venerabile Sacramentum in ſacro Ærario: quo clauſo, factaque genuflexione, deſcendit cum alijs, incipiente Cantore Pſalm. Deus miſereâtur noſtri,&

Proceſsio in Litanijs Maioribus,& minoribus.

¶ XII.

LItaniæ ſolùm duplicantur Sabbato Sancto, & in Vigilia Pentecoſtes; non autem in die Sancti Marci,& in triduo ante Aſcenſionem, neque in alijs Proceſsionibus pro diuerſis neceſsitatibus faciendis.

Notandum eſt, quòd quando feſtum ſancti Marci venerit in Dominica Reſurrectionis, Proceſsio Li

taniarum transfertur in ſequentem diem, & in ea vtitur colore violaceo.

In dicendis Litanijs ſeruabitur hic ordo. Omnes Fratres poſtquam proceſsionaliter de more ingreſsi fuerint maiorem Capellam, genuflectunt: Cantores veró in medio Proceſsionis ſimiliter genuflexi incipiunt Litanias dicentes **Kyrie eléiſon, &c.** idem, eodemq; modo, quo à Cantoribus dictum eſt, Conuentu repetente vſque ad verſum **Chriſte exaudi nos.** Cùm ventum fuerit ad verſ. **Sancta Maria**, ... gentes ègrediuntur Eccleſiam, & fiunt ſtationes per clauſtra, vt infra notatur.

In reuerſione ad Eccleſiam omnes genuflectũt coram Altari. Sacerdos verò cũ dicturus eſt orationes, ſurgit, ac etiam miniſtri, qui & librum tenebunt. Finitis Orationibus, Sacerdos & Miniſtri, facta priùs reuerentia Cruci, vel genuflexione Sacramento, redeunt ad Sacriſtiam cum alijs dicentes Pſal. **Deus miſereatur noſtri, &c.** cum verſibus & Oratione, vt ſupra §. 2.

LITANIÆ

Kyrie eléiſon.
Chriſte eléiſon.
Kyrie eléiſon.
Chriſte áudi nos.
Chriſte exáudi nos.
Pater de cœlis Deus. ℟. Miſerêre nobis.

F ili Redémptor mundi Deus. Miſerére.
S píritus ſancte Deus. Miſerére.
S ancta Trínitas vnus Deus. Miſerére.

Statio Prima.

S ancta Maria. Ora pro nobis.
S ancta Dei Génitrix. ora.
S ancta Virgo vírginum. ora.
S ancte Míchaël. ora.
S ancte Gábriël. ora.
S ancte Ráphaël. ora.
O mnes ſancti Angeli &, Archángeli. orâte pro nobis.
O mnes Sancti beatórum Spiríituum Ordines. orâte.
S ancte Ioánnes Baptîſta. ora.
S ancte Pater Elîa. ora.
S ancte Eliſæe. ora.
S ancte Ioſeph. ora.
O mnes Sancti Patriárchæ, & Prophétæ. orâte.
S ancte Petre. ora.
S ancte Paule. ora.
S ancte Andræa. ora.
S ancte Iacóbe. ora.
S ancte Ioánnes. ora.
S ancte Thoma. ora.
S ancte Ia cóbe. ora.
S ancte Philíppe. ora.
S ancte Bartholomæe. ora.

S an-

S ancte Matthæe. ora.
S ancte Simon. ora.
S ancte Thadæe. ora.
S ancte Matthía. ora.
S ancte Bárnaba. ora.
S ancte Luca. ora.
S ancte Marce. ora.
O mnes Sancti Apóſtoli, & Euangeliſtæ. oráte.
O mnes Sancti Diſcípuli Dómini. oráte.
O mnes Sancti Innocêntes. oráte.

Statio Secunda.

S ancte Stéphane. ora.
S ancte Laurénti. ora.
S ancte Vincénti. ora.
S ancte Angele. ora.
S ancti Fabiáne, & Sebaſtiáne. oráte.
S ancti Ioánnes, & Páule. oráte.
S ancti Coſma, & Damiáne. oráte.
S ancti Gerbâſi, & Protâſi. oráte.
O mnes Sancti Mártyres. oráte.
S ancte Siluéſter. ora.
S ancte Gregôri. ora.
S ancte Ambrôſi. ora.
S ancte Auguſtîne. ora.
S ancte Hierónyme. ora.
S ancte Cyrîlle. ora.
S ancte Martîne ora.
S ancte Nicoláe. ora.

Omnes ſancti Pontífices,& Confeſſóres. oráte.
Omnes ſancti Doctóres. oráte.

Statio tertia.

Sancte Antóni. ora.
Sancte Benedícte. ora.
Sancte Bernárde. ora.
Sancte Domínice. ora.
Sancte Francíſce. ora.
Sancte Albérte. ora.
Omnes Sancti Sacerdótes,& Leuítæ. oráte.
Omnes ſancti Mónachi,& Eremítæ. oráte.
Sancta Anna. ora.
Sancta Maria Magdaléna. ora.
Sancta Agatha. ora.
Sancta Lucia. ora.
Sancta Agnes. ora.
Sancta Cæcília. ora.
Sancta Catharína. ora.
Sancta Anaſtáſia. ora.
Sancta Mater Teréſa. ora.
Omnes ſanctæ Vírgines,& Víduæ. oráte.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei. Intercédite pro nobis.

Statio Quarta.

Propítius eſto. Parce nobis Dómine.
Propítius eſto. Exáudi nos Dñe.
Ab omni malo. Líbera nos Dómine.
Ab omni peccáto. libera.

A bira tua. libera.

A ſubitánea,& improuíſa morte. libera.

A b inſidijs diáboli. libera.

A b ira,& ódio,& omni mala voluntáte. libera.

A ſpíritu fornicatiónis. libera.

A fulgure,& tempeſtáte. libera.

A morte perpétua. libera.

P er myſtérium ſanctæ Incarnatiónis tuæ. libera.

P er Aduéntum tuum. libera.

P er Natiuitátem tuam. libera.

P er Baptiſmum,& ſanctum Ieiuniũ tuum. libera.

P er Crucem,& Paſsiónem tuam. libera.

P er mortem,& ſepultûram tuam. libera.

P er ſanctam Reſurrectiónem tuam. libera.

P er admirábilem Aſcenſiónem tuam. libera.

P er aduéntum Spíritus Sancti Paráclıti. libera.

I n die iudícij. libera.

Statio 5. ad Eccleſiam.

P eccatôres. Te rogâmus áudi nos.

V t nobis parcas. te roga.

V t nobis indúlgeas. te roga.

V t ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignêris. te roga.

V t Eccleſiam tuam ſanctam régere, & conſeruâre dignêris. te roga.

V t domnum Apoſtólicum, & omnes eccleſiáſticos Ordines in ſancta religióne conſeruâre dignêris. te roga.

V t inimícos ſanctæ Eccléſiæ humiliáre dignêris. te roga.

V t Régibus,& Princípibus Chriſtiánis pacem, & veram concórdiam donâre dignêris. te roga.

V t cuncto pópulo Chriſtiáno pacem,& vnitátem largîri dignêris. te roga.

V t nos metîpſos in tuo ſancto ſeruítio confortâre, & conſeruâre dignêris. te roga.

V t mentes noſtras ad cœléſtia deſidéria érigas. te roga.

V t ómnibus benefactóribus noſtris ſempitêrna bona retríbuas. te roga.

V t ánimas noſtras,fratrum propinquôrum,& benefactôrum noſtrôrum ab æterna damnatiône erípias. te roga.

V t fructus terræ dare,& conſeruâre dignêris. te roga.

V t ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donâre dignêris. te roga.

V t nos exaudîre dignêris. te roga.

F ili Dei. te roga.

A gnus Dei,qui tollis peccáta mundi. Parce nobis Dómine.

A gnus Dei, qui tollis peccáta mundi. Exaudi nos Dómine.

A gnus Dei, qui tollis peccáta mundi. Miſerére nobis.

C hriſte audi nos.

Chriſte exáudi nos.
Kyrie eléiſon.
Chriſte eléiſon.
Kyrie eléiſon.
Sacerdos. Pater noſter. reliqua ſecreto.
℣. Et ne nos indûcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos á malo.

Pſalmus.

DEus in adiutórium meum inténde: Dómine ad adiuuándum me feſtîna.
Confundântur, & reuereântur: qui quærunt ánimam meam.
Auertântur retrórſum, & erubéſcant: qui volunt mihi mala.
Auertântur ſtatim erubeſcéntes: qui dicunt mihi, Euge éuge.
Exúltent, & lætétur in te omnes, qui quærunt te: & dicant ſemper, Magnificêtur Dóminus, qui díligunt Salutáre tuum.
Ego verò egénus, & pauper ſum: Deus adiuua me.
Adiútor meus, & liberátor meus es tu: Dómine nè morêris.
Gloria Patri, & Filio, &c.
℣. Saluos fac ſeruos tuos.
℟. Deus meus ſperántes in te.
℣. Eſto nobis Dómine turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Nihil proficiat inimícus in nobis

℣. Et filius iniquitâtis non appónat nocêre nobis.

℣. Dómine non ſecúndùm peccáta noſtra fácias nobis.

℟. Neque ſecúndùm iniquitâtes noſtras retríbuas nobis.

℣. Orêmus pro Pontífice noſtro N.

℟. Dóminus conſéruet eum, & viuíficet eum, & beátum faciat eum in terra, & non tradat eum in ánimam inimicôrum eius.

℣. Orêmus pro benefactóribus noſtris.

℟. Retribúere dignâre Dómine ómnibus nobis bona faciéntibus, propter Nomen tuum, vitam ætérnam. Amen.

℣. Orêmus pro fidélibus defúnctis.

℟. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, & lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéſcant in pace.

℟. Amen.

℣. Pro frátribus noſtris abſéntibus.

℟. Saluos fac ſeruos tuos: Deus meus ſperántes in te.

℣. Mitte eis Dómine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuêre eos.

℣. Dómine exaudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobîſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

O ré-

Oremus.

DEus, cui próprium eſt miſeréri ſemper, & párcere, ſuſcipe deprecatiónem noſtram: vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictórum caténa conſtríngit, miſerátio tuæ pietátis clemén-ter abſóluat.

EXaudi, quæſumus Dómine, ſúpplicum preces, & confiténtium tibi parce peccâtis: vt páriter nobis indulgéntiam tribuas benígnus, & pacem.

INefábilem nobis Dómine miſericórdiam tuā cleménter oſténde: vt ſimul nos & à peccâtis ómnibus éxuas, & à pœnis, quas pro his merêmur erípias.

DEus, qui culpa offénderis, pœnitētia placâris, preces pópuli tui ſupplicántis propítius reſpice, & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccâtis noſtris merêmur, auérte.

OMnipotens ſempitérne Deus, miſerére famulo tuo Pontífice noſtro N. & dírige eū ſecúndùm tuam clementiam in viam ſalútis ætérnæ: vt te donánte, tibi plácita cúpiat, & tota virtúte perfíciat.

DEus, á quo ſancta deſidéria, recta conſilia, & iuſta ſunt ópera; da ſeruis tuis illam,

quam mundus dare non poteſt pacem: vt & corda noſtra mandâtis tuis dédita, & hóſtium ſubláta formídine, témpora ſint tua protectiòne trãquílla.

VRe igne ſancti Spíritus renes noſtros, & cor noſtrum Dómine: vt tibi caſto córpore ſeruiâmus, & mundo corde placeámus.

FIdélium Deus ómnium Cónditor & Redémptor, animâbus famulórum, famulárumquè tuarum remiſsiónem cunctôrum tríbue peccatórum: vt indulgéntiam, quam ſemper optauêrunt, pijs ſupplicatiónibus conſequântur.

ACtiónes noſtras, quæſumus Dómine, aſpirándo præueni, & adiuuándo proſéquere: vt cuncta noſtra orátio, & operátio à te ſemper incípiat, & per te cœpta finiatur.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui viuórum dominâris, ſimul & mortuórum, ómniumq; miſereris, quos tuos fide, & ópere futúros eſſe præuóſcis; te ſúpplices exorâmus: vt pro quibus effúndere preces decréuimus, quoſq; vel præſens ſæculum adhùc in carne rétinet, vel futúrum iam exûtos corpore ſuſcêpit; intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ clementiâ, omnium delictórum ſuorum veniam conſequântur. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitâte ſpíritus Sancti, Deus per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.
℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et

℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Exáudiat nos omnípotens & miſéricors Dóminus.

℟. Amen.

℣. Et fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace,

℟. Amen,

In Vigilia Pentecoſtes.

¶ XIIII,

HAc die habeat Altare maius duo frontalia, alterum rubeum, & ſuprà illud alterum violaceum remouendum cum in Litanijs perueniatur ad verſum. Peccatores: te rogamus, &c. Collateralia veró Altaria ſint ornata paramentis rubeis.

Finita ſexta Prophetia cum ſua Oratione, Celebrans deponit caſullam, & cum Miniſtris ante Altare procumbit, omnibuſq; alijs genuflexis, cantantur in choro Litaniæ, vt in Sabbato Sancto, à duobus Cantoribus in medio Chori vtroq; Choro idẽ ſimul reſpondente. Cum peruentum fuerit ad verſum Peccatores: te rogamus ſurgit celebrans cum Miniſtris, & procedunt ad Sacriſtiam, vbi paramentis induuntur rubeis pro Miſſa. Interim accenduntur luminaria circa Altare. In fine Litaniarum cãtantur ſolemniter Kyrie eléiſon pro Miſſa ſolemni, & repetuntur vt moris eſt. Miſſæ priuatæ celebrantur ornamentis rubeis.

In feſto Sacratiſsimi Corporis Chriſti.

¶ XIII.

FEſtum Sacratiſsimi Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, atq; eius Octauas ſumma cum reuerentia, & deuotione in omnibus Conuentibus noſtris celebrare oportet. Præparata itaque Eccleſia ornatu, nitore, odoriferis, & numero candelarum, (quæ neque numerum quinquaginta excedant; nec ſi fieri poteſt minùs ſint viginti quatuor) præuentâque Cuſtodia prætioſa in Sacrario cum Hoſtia conſecrata: paulò ante Orationem veſpertinam feriæ quartæ, exeant Fratres ad Capellam maiorem, candelas ceræ albæ in manibus geſtantes, vbi genuflectunt, accendendas. Sequitur Prælatus cum ornamentis feſtiuis medius inter Acolytos, præeunte Thuriferario, accedenſque ad primum Altaris gradum genuflectit, ſurgit, & dicit: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Introibo ad Altare Dei. Adiutorium noſtrum. Confiteor Deo, &c. Aufer à nobis, &c. Tunc ponit incenſum in thuribulo: aſcendit ad Altare, dicit: Oramus te Dómine, &c. Aperit Sacrarium, incenſat ter, extrahit Cuſtodiam, reponitque in throno præparato. Interim Cantores incipiunt: Tantum ergo, & proſequitur Chorus, vſque ad Genitori, Genitoque, excluſiuè. (Idem modus

ſeruatur ſequenti die poſt Primam , vel eo, quo feſtum ſolemniter in Conuentu celebrabitur : addendo vltra prædicta , Genitori , Genitoque Verſum: Panem de cœlo, à Cantoribus canendum, & orationem Deus , qui nobis ſub Sacramento mirabili , Sacerdote , vt infra in fine Proceſsionis.) Tunc Prælatus facta genuflexione, recedit ad ſuum locum; depoſitoque pluuiali genuflectit , & dicit: Veni Sancte Spiritus, &c. habitaque oratione mentali cum toto Conuentu , per ſpatium dimidiæ horæ dicit : Sub tuum præſidium, &c Deinde Completorium. Quo finito reſumit pluuiale, & ſtipatus Acolytis cum cerealibus accenſis incipit Matutinum cum cantu in Ordinario aſsignato.

Finitis Laudibus, accedit ad Altare, genuflectit , & ſtans imponit thus abſque benedictione, nauiculam Thuriferario miniſtrante abſque oſculo , & genuflexus thurificat. Interim Cantores deuotè incipiunt Tantum ergo. Dicunt Verſum Panem de cœlo,&c. & Sacerdos ſtans Orationem Deus,qui nobis Poſt Sacerdos,acceptaín manibus ſacra Cuſtodia vertit ſe ad populum, & cum illa ſignum Crucis faciat ſub mediocri pauſa in modum benedictionis ſuper populum in ſilentio : clauſaque Cuſtodia in Sacrario, facta genuflexione , candelis extinctis, regrediantur omnes ad Conuentum cum Pſalmo

Deus miſereátur, &c. Qui modus ſeruandus eſt quoties ſanctiſsimum Sacramentum in hac vel alia ſolemnitate reponendum fuerit in Sacrarium.

Modus faciendi Proceſsionem in hac ſolemnitate.

Ipſo die Corporis Chriſti, finita iam Miſſa Conuentuali Congregatis in Eccleſia Fratribus, ibiq; cum candelis ceræ albæ accenſis, genuflexis; Celebrans retrahit ſe ad cornu Epiſtolæ, vbi deponit caſullam cũ manipulo, acceptoq; pluuiali albo; redit cum Miniſtris (etiam ſine manipulis) ad medium Altaris, & genuflectit ſanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento. Interim accedit ad eum Acolytus cum thuribulo, & miniſtrante nauiculam Diacono abſque coclearis & manus oſculo, Sacerdos ſtans imponit ſine benedictione incẽſum in thuribulo: quo accepto de manu ipſius Diaconi, & genuflexus ter incenſat Corpus Domini. Tunc Miniſtri imponunt humeris eius velum ſericũ albũ, deinde Diaconus à dextris cũ debitis reuerẽtijs accipit Cuſtodiã de Altari, illamq; in manibus Sacerdotis genuflexi ſine aliqua reuerẽtia aut oſculo collocat, & ſtatim genuflectit. Mox Cantores incipiunt Hymnũ Pange lingua glorioſi. Surgit Sacerdos; & cum Miniſtris hinc inde fimbrias, anteriores pluuialis eleuantibus, deſcendit ſub baldachino, Thuriferarioq;

nóq; continuò ſanctiſsimum Sacramentum incenſante proceditur ad Proceſsionem,in qua fiunt Stationes in Altaribus in clauſtri angulis ornatè ad hoc præparatis. Sacerdos autem per viam Proceſsionis ſemper aliquos Pſalmos vel Hymnos ſubmiſſa voce recitabit reſpondentibus Diacono & Subdiacono.

Prima Statio.

HYMNVS.

PAnge língua glorióſi
Córporis myſtérium,
Sánguiniſq; prætióſi,
Quem in mundi prætium
Fructus ventris generóſi
Rex effûdit Géntium.
Nobis datus,nobis natus
Ex intácta Vírgine,
Et in mundo conuerſátus
Sparſo Verbi ſémine,
Sui moras incolátus
Miro clauſit órdine.
In ſuprêmæ nocte cœnæ
Recûmbens cum frátribus,
Obſeruâta lege plenè
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodênæ
Se dat ſuis mánibus.

V erbum caro, panem verum
Verbo carnem éfficit:
Fitque ſanguis Chriſti merum.
Et ſi ſenſus déficit,
Ad firmândum cor ſincêrum,
Sola Fides ſúfficit.
T antum ergò Sacraméntum
Venerémur cérnui;
Et antíquum documéntum
Nouo cedat rítui,
Præſtet Fides ſupleméntum
Sénſuum deféctui.
G enitóri, Genitóque
Laus, & iubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit, & benedíctio:
Procédenti ab vtróque
Compar ſit laudátio. Amen.

Cùm ventum fuerit ad primam ſtationem, omnes genuflectunt, & Sacerdos dum finitur verſus Hymni, qui tunc temporis cantatur, ponit Cuſtodiã in Altari, genuflectit, ac ſtatim ſurgit, & ponit incenſum in thuribulo abſque benedictione, deinde genuflexus ter incenſat ſanctiſsimum Sacramentum (eadem ſeruentur in alijs ſtationibus per clauſtra) interim Cantores ſtantes dicunt.

℣. Panem de cœlo præſtitíſti eis: Allellûia.
℟. Omne delectamẽtum in ſe habẽtem: Allellûia.

Sacerdos ſtans, miniſtris genuflexis, & librum tenentibus, dicit iunctis manibus deuotè Orationẽ.

O rêmus.

DEus, qui nobis ſub Sacramênto mirábili Paſsiónis tuæ memóriam reliquîſti: tríbue quæſumus, ita nos Córporis & Sánguinis tui ſacra myſtéria venerári; vt Redemptiónis tuæ fructum in nobis iúgitér ſentiâmus. Qui viuis & regnas per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Statio Secunda.

℟. C œnántibus illis, accêpit Ieſus panem, & benedîxit, ac fregit, deditq; Diſcípulis ſuis, & ait: * A ccípite, & comédite, Hoc eſt corpus meum.
℣. D ixérunt viri tabernáculi mei: Quis det de cárnibus eius, vt ſaturêmur. A ccípite, & comédite, &c.
℣. Edûcas panem de terra. Allellûia.
℟. E t vinum lætíficet cor hóminis. Allellûia.
O rẽmus. D eus, qui nobis ſub Sacraménto, &c. vt ſupra.

Statio Tertia.

℟. R eſpéxit Elías ad caput ſuum ſubcinerícium panẽ: qui ſurgens comêdit, & bibit. E t ambulâuit in fortitúdine cibi illius vſque ad montem Dei.
℣. S i quis manducáuerit ex hoc pane, viuet in æternum. * E t ambulauit, &c.
℣. P anem cœli dedit eis. Allellûia.
℟. P anẽ Angelórũ mãducáuit homo. Allellûia

E Orê-

Orêmus. Deus,qui nobis ſub Sacramento,&c.

Statio Quarta.

Reſp. Ego ſum panis vitæ, Patres veſtri manducauêrunt mannâ in deſérto,& mórtui ſunt. * Hic eſt panis de cælo deſcéndens,vt ſi quis ex ipſo mãdûcet,non moriátur. Verſ. Ego ſum panis viuus, qui de cælo deſcéndi: ſi quis manducáuerit ex hoc pane,viuet in æternum. * Hic eſt panis, &c.

Statio Quinta ad Capellam maiorem.

Antiph. O ſacrum conuíuium,in quo Chriſtus ſûmitur,recólitur memória paſsionis eius, mens implétur gratia, & futúræ gloriæ nobis pignus datur.

Ingreſsi Eccleſiam,& poſita ſacra Cuſtodia per Diaconum ſuper Altare,incenſat Sacerdos ,vt dictum eſt in ſtationibus clauſtri : interim Cantores deuotè incipiunt.

Tantum ergo Sacraméntum
Veneremur cérnui:
Et antíquum documêntum
Nouo cedat rítui:
Præſtet Fides ſupplemêntum
Sénſuum defé&tui.
Genitori,Genitoq;
Laus,& iubilátio:
Salus,hónor, virtus quoquê
Sit,& benedíctio:
Procedênti ab vtrôque
Compar ſit laudátio. Amen.

Can-

Cantores dicunt Verſ. Panem de cœlo præſtitîſt eis: Allelûia.

Reſp. Omne delectamêntum in ſe habéntem: Allelûia.

Sacerdos ſtans Verſ. Dóminus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Orêmus.

Deus, qui nobis ſub Sacraménto mirábili Paſsiónis tuæ memóriam reliquîſti, tribue quæſumus: ita nos Córporis & Sánguinis tui ſacra myſtéria venerâri, vt Redemptiônis tuæ fructum in nobis iugitèr ſentiámus. Qui viuis, & regnas per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deinde cum Sacramento benedicit popu-lum, vt dictum eſt ſupra, & reponit in throno, vbi duobus ſaltim fratribus ſemper adſtantibs, vſque ad finem Laudum eo die dicendarum, perma-nebit.

Per Octauam veró paulò ante Orationem mentalem Sacerdos eodem prorſus apparatu, quo præcedenti die Prælatus, educet Sanctiſsimum è Sacrario: habitaq; Oratione mentali, recitabitur Cōpletorium, deinde Matutinum cum ea differentia cantus, quæ in Ordinario notatur, & finitis Laudibus, recludet eodem modo, quo præcedenti die.

In ipſo autem die Octauo, habita eodem modo Oratione mentali coram Sāctiſsimo Sacramento,

& dicto in fine Sub tuum præſidium, Cantores intonabunt. Tantum ergo Sacraméntum vt ſupra in 5. ſtatione. ℣. Panem de cœlo Oratio. Deus, qui nobis ſub Sacraménto, &c. & claudatur ſanctiſsimum more ſolito: vt ita deuote, & ſolemniter tantæ Octauæ finiantur.

Proceſsio in ſolemni Commemoratione Beatæ Mariæ de Monte Carmeli.

¶ XV.

Statio Prima.

℟. Corde, & ánimo Chriſto canâmus glóriam in hac ſacra ſolemnitáte præcélſæ Genitrîcis Dei Mariæ. * Quæ & Genitrîcis dignitátẽ obtínuit, & virginálem pudicítiam non amíſit. ℣. Gloria Líbani data eſt ei, decor Carméli, & Sarôn.. * Quæ & Genitrîcis dignitátem. &c.

Statio Secunda.

℟. Beatíſsimæ Virginis Mariæ Commemoratiónem deuotíſsime celebrêmus. * Vt ipſa pro nobis intercédat ad Dóminum Ieſum Chriſtum. *Verſ.* Cum iucunditáte Commemoratiónem Beatæ Mariæ Virginis deuotíſsimè celebrêmus. * Vt ipſa pro nobis, &c.

Statio Tertia.

℟. Beátã me dicent omnes generationes. * Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens eſt, & ſanctum Nomen eius.. ℣. Et miſericordia eius à progenie

génie in progénies timéntibus eum. Quia fecit mihi magna,&c.

Statio Quarta.

℟. Felix nanq;es ſacra Virgo Maria,& omni laude digníſsima.* Quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter. ℣. Ora pro pópulo, intérueni pro Clero,intercéde pro deuóto fœmíneo ſexu:ſéntiant omnes tuum iuuâmen, quicúnq; célebrant tuam ſanctam Commemoratiônē.* Quia ex te ortus eſt,&c.

Statio Quinta ad Capellam maiorem.

HYMNVS.

Ave maris ſtella,
Dei mater alma,
Atq; ſemper Virgo,
Felix cœli porta.

Sumens illud Aue
Gabriêlis ore,
Funda nos in pace
Mutans Euæ nomen.

Solue vincla reis,
Profer lumen cœcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.

Monſtra te eſſe Matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit eſſe tuus.

V irgo ſinguláris,
Inter omnes mitis:
Nos culpis ſolûtos
Mites fac,& caſtos.
V itam præſta puram,
Iter para tutum:
Vt vidéntes Ieſum
Semper collætêmur.
S it laus Deo Patri,
Summo Chriſto decus,
Spirítui ſancto
Tribus honor vnus. Amen.

Cantores ℣. O ra pro nobis: Sancta Dei Genitrix.

℟. V t digni efficiámur promiſsiônibus Chriſti. O rêmus.

DEus,qui Beatíſsimæ ſemper Virginis,& Genitrícis tuæ Mariæ ſingulâri titulo Carméli Ordinem decorâſti,concéde propitius: vt cuius hodie commemoratiônem ſolemni celebrâmus officio, eius muníti præſidijs ad gáudia ſempitêrna peruenîre mereâmur. Qui viuis, & regnas, &c. ℟. Amen.

Proceſsio in Feſto S.Patris noſtri Eliæ.

¶ XVI.

Státio Prima.

Antiph. E lîas homo erat ſimilis nobis paſsíbilis, & oratiône orâuit, vt non plúeret ſuper terram;

&non

& non pluit annos tres, & menſes ſex: Et rurſum oráuit,& cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum.

Statio Secunda.

Antiph. Surréxit Elías Prophéta quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardêbat: qui indûxit in populos famen,& irritântes illum inuídia ſua pauci facti ſunt.

Statio Tertia.

Antiph. Verbo Dómini contínuit cœlum,& deiêcit de cœlo ignem ter:amplificâtus eſt Elías in mirabilibus ſuis, qui inſcríptus eſt in iudicijs témporum lenîre iracúndiam Dómini.

Statio Quarta.

Antiph. Tulit Elías pállium ſuum, & percûſit aquas Iordánis, quæ diuiſæ ſunt in vtrámque partẽ: & tranſiêrunt ipſe,& Eliſæus per ſiccum;& aſcéndit Elias per túrbinem in cœlum.

Statio Quinta ad Eccleſiam.

HYMNVS.

TE magne rerum Cónditor.
Mens noſtra gliſcit laudibus
In hoc Thesbíta máximo,
Quem díligis extóllere
Hic namq; ſacri Nóminis
Tui zelâtor próuocat
Vates Baal nequíſsimos,
Victoſq; iure intérficit.

I llo precânte, víctimas
Abſúmit ignis cœlitus:
Hi perſtrepéntes ácriter
Sunt omnibus ludíbrio.
T um Iezabélis impiæ
Vitans furórem nóxium
Sub iunípero dórmiens
Adéſſe cernit Angelum.
P anem ſibi qui próferens
Limphamq; iuſsit pérgere
Cibo reféctum ſtrénuè
Ad montis Oreb vérticem.
H oc in cibo ieiúnium
Tulit quadragenárium
Hac vi dapes ſunt præditæ
Quas déxtera Dei pórrigit.
O mnis tibi ſit gloria
Verbum, Pater, Paráclite
Inſeparáta Trinitas,
Quæ condidîſti omnia. Amen.

Cantores Verſum. B eáti ſunt: qui te vidérunt.
Chorus Reſp. E t in amicítia tua: decorâti ſunt.

O rêmus.

PRæſta quæſumus Omnípotens Deus: vt qui Beátum Eliam Prophétam tuum igneo curru mirabíliter eleuâtum eſſe crédimus; eodem interueniénte, ad cœleſtia ſubleuêmur, & Sãctorũ tuorũ cõſó:tio gaudeâm⁹. Per Chriſtum &c. ℟. Amẽ.

Pro-

Proceſsio in die Beatæ Tereſæ Virginis, & Matris noſtræ.

¶ XVII.

Statio Prima.

℟. D iffúſſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternũ:* S pécie tua, & pulchritúdine tua, inténde, próſpere prócede, & regna. ℣. O mnia, quæ locúta es, vera ſunt, & non eſt in ſermonibus tuis vlla reprehénſio: nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier ſancta es, & times Deũ. * S pécie tua, &c.

Statio Secunda.

℟. O s ſuum Tereſa apéruit ſapiéntiæ, & lex cleméntiæ in lingua eius, conſiderâuit ſémitas domus ſuæ:* Et panẽ ocióſa non comêdit. ℣. D e fructu mánuum ſuárum plãtâuit víneam. E t panem, &c.

Statio Tertia.

℟. H æc eſt Virgo ſapiens, quam Dóminus vigilántem inuênit, quæ accêptis lampádibus ſumpſit ſecum óleum. * Et veniénte Dómino introîuit cũ eo ad núptias. ℣. M edia nocte clamor factus eſt, Ecce ſponſus venit, exite óbuiam ei.* E t veniénte Dómino, &c.

Statio Quarta.

℟. G rata facta eſt Tereſa à Dómino in oratióne, quia apud Deum, & hómines glorificâta eſt; In conſpectu populi loquebátur ſapiéntiã.* E t Dóminus ómnium diléxit eam. ℣. A diuuáuit eam

Deus

Deus vultu ſuo, Deus in medio eius non commouébitur. * Et Dóminus omnium,&c.

Sta tio Quinta ad Eccleſiam.

HYMNVS.

IEſu coróna Vírginum,
Quem mater illa cóncipit,
Quæ ſola Virgo párturit
Hæc vota clemens áccipe.

Qui paſcis inter lilia
Septus chóreis vírginum,
Sponſus decôrus gloria,
Sponſiſq; reddens præmia.

Quocûmque pergis vírgines
Sequúntur, atque láudibus
Poſt te canéntes cúrſitant,
Hymnoſq; dulces pérſonant.

Te deprecâmur lárgius
Noſtris adauge ſénſibus:
Neſcîre prorsus ómnia
Corruptiônis vúlnera.

Laus,honor,virtus,gloria
Deo Patri,& Filio,
Sancto ſimul Paráclito
In ſæculorum ſæcula. Amen.

Cantores Verſ. Ora pro nobis: Beata Mater Tereſa.

Reſp. Vt digni efficiámur: promiſsiónibus Chriſti.

O rêmus.

EXáudi nos Deus ſalutáris noſter: vt ſicut de Beátæ Teréſæ Virginis tuę,& Matris noſtrę feſtiuitáte gaudémus;ita piæ deuotiónis, & cœléſtis eius doctrînæ erudiámur affectu. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

CAPVT SECVNDVM

De quibuſdam alijs extraordinarijs Proceſsionibus

QVANDOCVNQVE tribulatio, vel alia quæuis vrgens occurrerit neceſsitas; vel pro ſpeciali populi deuotione,& aliàs cũ videbitur expedire;poterunt fieri Proceſsiones: & tunc ſecundum loci, & temporis diſpoſitionem ſtationes ordinentur, ſeruata in eis forma tradita ſupra cap. 1. §. 2. & in ſuis locis aſsignata cantentur.

Proceſsio in tempore tribulationum.

¶ I.

COngregatis in Eccleſia Fratribus, omnia ſeruentur in hac Pròceſsione, & ſequentibus vt ſupra in Litanijs maioribus cap. 1. §. 11. Cùm autem ad finem earum ventum fuerit, dicit

Sacer-

Sacerdos Pater noſter alta voce, reliqua ſecreto; deinde relicto Pſalmo, verſibus, & orationibus ibidem poſitis, dicantur ſequentes, cum quibus eſt finienda Proceſsio: & idem ſeruabitur in alijs, prout in ſuis locis aſsignatur.

℣. Et ne nos indûcas in tentationem. alta voce.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Deus noſter refúgium & virtus.
℟. Adiútor in tribulationibus noſtris.
℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.
℟. Miſerêre nobis.
℣. Saluum fac pópulum tuum Dómine.
℟. Et benedic hæreditati tuæ.
℣. Adiuua nos Deus ſalutáris noſter.
℟. Et propter gloriam Nóminis tui Dómine libera nos.
℣. Dómine exáudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobîſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orêmus.

DEus, qui contritórum non déſpicis gémitum, & mœrentium non ſpernis affectum, adeſto précibus noſtris, quas tibi pro tribulatione noſtra effúndimus, eaſq; cleméter exáudi: vt quidquid contra nos diabólicæ atq; humanę moliúntur aduerſitâtes, ad níhilum redigâtur, & conſilio

tuæ

tuæ pietátis allidâtur: quátenus nullis aduerſitátibus læſi, ſed de omni tribulatione & angúſtia erépti, læti in Eccleſia tua tibi gratias referámus.

DEus, qui non mortem, ſed pœniténtiam deſideras peccatórum, pópulum tuum quæſumus, ad te conuérte propitius: vt dum tibi deuótus exiſtit, iracúndiæ tuæ ab eo flagélla amóueas.

NE deſpicias Omnipotens Deus, pópulum tuum in afflictióne clamântem: ſed propter glóriam Nóminis tui tribulátis ſuccúrre placâtus. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate, &c. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicâmus Domino.

℟. Deo gratias.

℣. Exaudiat nos omnípotens, & miſéricors Dóminus.

℟. Amen.

℣. Fidélium ánimæ per miſericordiam Dei requiéſcant in pace.

℟. Amen.

Proceſsio pro pluuia petenda.

¶ II.

POſtquam Fratres proceſsionaliter more ſolito ingreſsi fuerint maiorem capellam, genuflectunt, & Cantores incipiunt Litanias vt ſu-

pra

pra cap. 1. §. 11. Cum verò perueniatur ad Pater noſter, dicantur ſequentia.

Sacerdos. Pater noſter alta voce, reliqua ſecreto.

℣. Et ne nos indûcas in tentatiônem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Riga Deus montes de ſuperioribus tuis.
℟. Et de fructu óperum tuorum ſatiábitur terra.
℣. Operi cœlum núbibus.
℟. Et para terrę plúuiam tuam.
℣. Vt prodúcat in móntibus fœnum.
℟. Et herbam ſeruitúti hóminum.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orêmus.

DEus, in quo víuimus, mouêmur, & ſumus; plúuiam nobis tribue congruéntem: vt præſéntibus ſubſidijs ſufficiénter adiúti, ſempitérna fiduciálius appetâmus.

PRæſta quæſumus, omnípotens Deus, vt qui in afflictione noſtra de tua pietáte confídimus, contra aduerſa omnia tua ſemper protectiône muniâmur.

COncéde nos fámulos tuos, quęſumus Dómine Deus, perpétua mētis & córporis ſanitáte gáudere: & glorióſa B. Mariæ ſemper Virginis

inter-

interceſsióne à præſénti liberári triſtitia,& æterna pérfrui lætítia. Per Dominum noſtrum Ieſum Chríſtum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate, &c. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Benedicâmus Domino.
℟. Deo gratias.
℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſéricors Dóminus.
℟. Amen.
℣. Fidelium animæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace.
℟. Amen.

Proceſsio pro poſtulanda ſerenitate.

¶ III.

Seruatis omnibus, vt ſupra in Litanijs maioribus, & ipſis Litanijs finitis, dicitur Pater noſter alta voce, reliqua ſecreto.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Adduxîſti Dómine Spíritum tuum ſuper terram.
℟. Et prohíbitæ ſunt plúuiæ de cœlo.
℣. Cúm obdúxero núbibus cœlum
℟. Apparébit arcus meus, & recordábor fœderis mei.
℣. Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruos tuos.

℟. Et benedic ſperãtes in tua miſericórdia.
℣. Dómine exaudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orêmus.

AD te nos Dómine clamántes exáudi,& aëris ſerenitátem nobis tríbue ſupplicántibus: vt qui iuſtè pro peccátis noſtris afflígimur, miſericordia tua preueniénte,cleméntiam ſentiâmus.

A Domo tua, quæſumus Dómine, ſpiritáles nequítiæ repellântur:& aërearum diſcédat malignitas tempeſtátum.

PRæſta quæſumus,ómnipotens Deus, vt qui in aflictione noſtra de tua pietâte confidimus,contra aduérſa ómnia,tua ſemper protectióne muniâmur.Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum,qui tecum viuit,&c. ℟.Amen.
℣.Dóminus vobiſcum,&c. vt in præcedenti proceſsione.

Proceſsio tempore belli.

¶ IIII.

SEruatis omnibus, vt ſupra in Litanijs maioribus, & ipſis Litanijs finitis Sacerdos dicit alta voce **Pater noſter**, reliqua ſecreto.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Exur-

℣. Exurgat Deus, & diſsipentur inimici eius.
℟. Et fúgiant, qui odérunt eũm, à facie eius.
℣. Exáudi Dómine ſupplicum preces.
℟. Et confiténtium tibi parce peccátis.
℣. Iúdica Dómine nocêntes nos.
℟. Expúgna impugnántes nos.
℣. Eripe nos de mánibus inimicôrum noſtrorum.
℟. Et de perſequéntibus nos.
℣. Ora pro nobis Sancta Dei Génitrix.
℟. Vt digni efficiámur promiſsiónibus Chriſti.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orêmus.

DEus, qui cónteris bella, & impugnatóres in te ſperántium poténtia tuæ defenſiónis expúgnas; auxiliáre fámulis tuis implorántibus miſericórdiam tuam, vt inimicôrum ſuôrum feritâte deprêſſa, inceſſábili te gratiârum actiône laudêmus.

DEus, refúgiũ noſtrum, & virtus; adéſto pijs Ecclésię tuæ précibus Auctor ipſe pietátis, & præſta: vt quod fidéliter pétimus, efficáciter conſequâmur.

Oncêde quæſumus omnípotens Deus, vt intercéſsio ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, Sanctôrumq; ómnium, Apoſtolôrum, Mártyrum, Cõfeſsôrum, atq; Virginum, & ómnium electôrum tuôrum nos vbiq; lætíficet: vt dum eôrum mérita recólimus, patrocinia ſentiâmus. Per eundem Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, Qui tecum viuit & regnat, &c. ℟. Amen. ℣. Dóminus vobiſcum. Et reliqui vt ſuprà §. I. & II.

Proceſsio tempore famis.

¶. V.

Eruatis omnib⁹ vt ſupra in Litanijs maioribus, & ipſis Litanijs finitis dicitur Pater noſter alta voce, reliqua ſecretò.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine non ſecúndùm peccâta noſtra fácias nobis.

℟. Neque ſecúndùm iniquitâtes noſtras retríbuas nobis.

℣. Fiant aures tuæ intendéntes in oratiônes pópuli tui.

℟. Si iniquitâtes obſeruáueris Dómine, Dómine quis ſuſtinébit?

℣. Fiat pax in virtûte tua.

℟. Et abundántia in túrribus tuis.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei Génitrix.

℟. Vt digni efficiâmur promiſsiónib⁹ Chriſti.

℣. D ómine exaudi orationem meam.
℟. E t clamor meus ad te véniat.
℣. D óminus vobíſcum.
℟. E t cum Spíritu tuo. Orêmus.

DA nobis quæſumus Dómine, piæ ſupplicatiônis effectum, & famē propitiâtus auérte, vt mortálium corda cognóſcant, & te indignánte, talia flagêlla prodíre, & te miſeránte, ceſsâre.

DEus, qui non mortem, ſed pœniténtiam deſíderas peccatôrum: pópulum tuum ad te reuerténtem propítius réſpice; vt dum tibi deuótus exíſtit, iracúndiæ tuæ flagêlla ab eo cleménter amóueas.

COncêde nos famulos tuos, quæſumus Dómine Deus, perpétua mentis, & córporis ſanitâte gaudêre, & glorióſa Beâtæ Mariæ ſemper Vírginis interceſsiône, à præſénti liberári triſtítia, & ætérna pérfrui lætítia. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum fílium tuum, Qui tecum viuit & regnat, &c. ℟. Amen.

℣. D óminus vobíſcum.
℟. E t cum Spíritu tuo.
℣. Benedicâmus Dómino.
℟. D eo grátias.
℣. E xaudiat nos Omnípotens, & miſéricors Dóminus. ℟. Amen.
℣. Fidélium ánimæ, &c.

Proceſsio tempore peſtis, & aliarum ægritudinum.

¶ VI.

IN fine Litaniarum dicantur ſequentes Verſus cum ſuis Orationibus. Sacerdos dicit: Pater noſter. ſecreto. Deinde

℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, non ſecúndùm peccâta noſtra, quæ fécimus nos.

℟. Neque ſecúndùm iniquitâtes noſtras retríbuas nobis.

℣. Adiuua nos Deus ſalutâris noſter, & propter glóriam Nóminis tui Dñe, líbera nos.

℟. Et propítius eſto peccâtis noſtris propter Nomen tuum.

℣. Saluum fac pópulum tuum Dómine, & Benedîc hæreditâti tuæ.

℟. Et rege eos, & extólle illos vſque in ætérnum.

℣. Miſit Dñs verbum ſuum, & ſanâuit eos.

℟. Et erípuit eos de morte eôrum.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei Génitrix.

℟. Vt digni efficiámur promiſsiónibꝰ Chriſti.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Oremus.

DEus, qui culpa offénderis, pœniténtia placâris: preces pópuli tui ſupplicántis propítius réſpice, & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccâtis noſtris merêmur, auérte.

OMnípotẽs, & miſéricors Deus, réſpice propítius ſuper pópulum tuum Maieſtâti tuæ humíliter ſubiéctum: & ne in tribulatiône demergâmur, déxtera tuæ propitiatiônis præuéniat.

DEfénde, quæſumus Dómine, pópulum tuũ in te ſperántem; & in tua miſericórdia confidéntem; concêde propítius, glorioſiſsimam Vírginem Marîam, Vnigéniti Fílij tui Dómini noſtri digníſsimam Genitrîcem, Mártyrem tuum glorioſiſsimum Sebaſtiánum, atque Confeſſôrem tuum Beâtum Rochum, & omnes Sanctos tuos, quos pro tui Nominis glória inuocâmus, apud te pro nobis peccatóribus exorâre: vt, eis intercedéntibus, plagam, & peſtiléntiam, quas pro peccâtis noſtris imminêre cognóuimus, te miſeránte, ceſsâre ſentiâmus. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtũ Fílium tuum, Qui tecum viuit, &c. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíſcum, &c.

℣. Benedicâmus Dómino, &c.

℟. Exáudiat nos Omnípotẽs, & miſéricors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

Proceſsio pro ſalute Regis, Reginæ, aut eorum Primogeniti ægrotantis.

¶ VII.

SErvatis omnibus vt ſupra in Litanijs maioribus, & ipſis Litanijs finitis dicitur Pater noſter alta voce, reliqua ſecretò.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine non ſecúndùm peccâta noſtra fácias nobis.

℟. Neque ſecúndùm iniquitâtes noſtras retríbuas nobis.

℣. Saluum fac Regem [vel Regínam, aut Príncipem] noſtrum Dómine.

℟. Deus meus ſperántem in te.

℣. Mitte ei Dómine auxílium de Sancto.

℟. Et de Sion tuêre eum.

℣. Ora pro eo ſancta Dei Génitrix.

℟. Vt dignus efficiâtur promiſsiónib⁹ Chriſti.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

DEus, cuius nútibus vitæ noſtræ moménta decúrrũt; ſuſcipe preces noſtras pro fámulo tuo infirmo Rege [Regína, aut Príncipe] noſtro N. pro quo ægrotânte miſericórdiam

tuam ſupplices implorâmus, vt de cuius periculo metúimus, de eius ſalûte lætêmur.

PRótege Dómine fámulum tuũ ſubſidijs pacis, & Beâtæ Mariæ ſemper Virginis patrocínijs confidéntem à cunctis hóſtibus, redde ſecûrum.

OMnípotens ſempitérne Deus, ſalus æterna credéntiũ; exáudi nos pro infirmo fámulo Rege [Regína, ſeu Príncipe] noſtro N. pro quo miſericórdiæ tuæ implorâmus auxílium; vt rédditа ſibi ſanitâte, gratiârum tibi in Eccléſia tua réferat actiônes. Per Dóminũ noſtrum Ieſum Chriſtũ fílium tuum, Qui tecum viuit, &c. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíſcum, &c.

℣. Benedicâmus Dómino.

℟. Deo grátias.

℣. Exáudiat nos Omnípotens, & miſéricors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requiéſcant in pace. ℟. Amen.

Proceſsio in gratiarum actionem pro quouis beneficio.

¶ VIII.

COnueniẽtibus Fratribus in Eccleſiã, ordinatiſq́; omnibus pro ſolemni proceſsione neceſſarijs, Cãtores in medio Capellæ maioris incipient Hymnũ: **Te Deum laudâmus** cum quo fiãt ſtationes per Clauſtrum ordine ſequenti.

Statio Prima.

HYMNVS.

TE Deū laudâmus:te Dóminum cōfitêmur.
Te æternū Patrem:omnis terra venerâtur.
Tibi oēs Angeli : tibi cœli,& vniuérſæ Poteſtâtes.
Tibi Chérubim, & Séraphim : inceſſábili voce proclâmant.
Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dn̄s Deus Sábaoth.
Pleni ſunt cœli,& terra:Maieſtâtis glóriæ tuæ.
Te glorióſus Apoſtolôrum chorus.
Te Prophetârum laudábilis númerus.
Te Mártyrum candidâtus laudat exércitus.
Te per orbē terrârum: ſancta confitêtur Eccléſia
Patrem imménſæ Maieſtâtis.
Venerándum tuum verum:& únicum Fílium,
Sanctum quoquè Paráclitum Spíritum.
Tu Rex glóriæ Chriſte.
Tu Patris ſempitérnus es Fílius.
Tu ad liberándum ſuſceptûrus hóminem : non horruîſti Vírginis úterum.
Tu deuicto mortis acúleo : aperuiſti credéntibus Regna cœlôrum.
Tu ad déxteram Dei ſedes:in glória Patris.
Iudex créderis eſſe ventûrus.

Statio Secunda.

TE ergo quęſumus tuis fámulis ſúbueni:quos pretióſo ſanguine redemiſti.
Æterna fac cum Sanctis tuis:glória munerâri.

Saluum

S aluum fac pópulum tuum Dómine: & benedîc hæreditáti tuæ.

E t rege eos:& extólle illos vſque in ætérnum.

P er ſíngulos dies:benedícimus te.

E t laudâmus Nomen tuum in ſæculum: & in ſæculum ſæculi.

D ignáre Dñe die iſto:ſine peccâto nos cuſtodîre.

M iſerére noſtri Dómine:miſerére noſtri.

F iat miſericórdia tua Dómine ſuper nos: quemádmodum ſperáuimus in te.

I n te Dómine ſperâui:non confúndar in ætérnũ.

Statio Tertia.

TE Deum Patrem ingénitum: Te Fílium vnigénitum: Te Spíritum ſanctum Paráclitum, ſanctam, & indiuíduam Trinitâtem confitêmur,laudâmus,atque benedícimus. * Quia fecîſti nobíſcum miſericórdiam tuam. ℣. Tibi laus, tibi glória, tibi gratiârum actio in ſæcula ſempitérna, O beâta Trínitas. * Quia fecîſti.

Statio Quarta.

BEnedícimus Deum cœli, & coram ómnibus viuéntibus cõfitébimur ei. * Quia fecit nobíſcum miſericórdiam ſuam. ℣. Laudâte Dóminum,quia benígnus eſt,pſállite Nómini eius,quóniam ſuâue. * Quia fecit nobíſcum.

Statio Quinta ad Eccleſiam.

LAudâte Dóminum omnes gentes: laudâte eum omnes pópuli.

Quóniã cõfirmata eſt ſuper nos miſericórdia eius: & véritas Dómini manet in ætérnum.
Glória Patri,& Fílio:& Spíritui ſancto.
Sicut erat in princípio,& nunc,& ſemper: & in ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

℣. Benedicâmus Patrem, & Filium cum ſancto Spíritu.

℟. Laudêmus, & ſuperexaltêmus eum in ſæcula.

℣. Benedíctus es Dñe in firmaménto cœli.

℟. Et laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltâtus in ſæcula.

℣. Benedic ánima mea Dómino.

℟. Et noli obliuíſci omnes retributiônes eius.

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum,& terram.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

DEus,à quo bona cuncta procédunt,& cuius miſericórdiæ non eſt númerus: Maieſtâti tuæ pro donis nobis collâtis grátias ágimus, tuam cleméntiam deprecántes; vt quibus bona temporâlia non dénegas,largiâris ætérna.

OMnípotens ſempitérne Deus,qui néminem in te ſperántem déſeris, & ómnibus ad te deuôtè clamántibus pium præſtas benígnus audî-

tum:

tum: ſúſcipe quas tibi pro accéptis votis grátias reférimus, & confírma ſuper nos miſericórdiam tuam, vt à tuo ſeruítio nunquam recedéntes, in tua ſemper protectiône maneâmus.

Deus, cuius miſericórdiæ nõ eſt númerus, & bonitâtis infinîtus eſt theſáurus, piíſsimæ Maieſtâti tuæ pro collâtis donis grátias ágimus, tuam ſemper cleméntiam exorántes: vt qui peténtibus poſtulâta concêdis, eóſdem non déſerens ad præmia futûra díſponas. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium tuum, Qui tecum viuit & regnat in vnitâte Spíritus ſancti Deus. Per ómnia ſǽcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Quibus expletis more ſolito cum Pſalmo Deus miſereâtur, reuertuntur ad Conuentum.

Ordo faciendi ſolemniter Abſolutionem, ſeu cantandi Reſponſorium in fine Miſſæ Defunctorum, & Proceſsionem eorum.

¶ IX.

IN Commemoratione ſolemni Defunctorum omnium poſt Miſſam Conuentualem fieri debet proceſsio; ſed antequam ad proceſsionem deueniatur, facienda eſt ſolemniter Abſolutio pro Defunctis.

Si ad populum habenda eſt Concio hac die, vel alia in qua facienda eſt Abſolutio poſt Miſſam; habeatur finita

Miſſa

Miſſa ante Abſolutionem , & concionator non petit benedictionem, ſed orat aliquantulum ante Altare.

Finita Miſſa, Celebrans retrahit ſe ad cornu Epiſtolę, exuitur caſula , deponit manipulum , accipit pluuiale nigri coloris. Subdiaconus (ordinatis iã Fratribus in Eccleſia circa tumulum) medius inter duos Acolytos cum cereis accenſis defert Crucem abſque manipulo , pręcedente Thuriferario cum thuribulo & nauicula , ſequitur Celebrans facta priùs Altari reuerẽtia, vel Sanctiſsimo Sacramento genuflexione , & Diaconus à dextris eius ſine manipulo Subdiaconus, comitantibus hinc inde Acolytis, ſiſtit ſe iuxta crates ſeu cancellos Capellę maioris verſa facie ad Altare, aliquantulùm ſeparatus, vt inter ipſum & tumulum poſsit tranſire Sacerdos. Celebrans verò ex alia parte in capite loci inter Altare & tumulum aliquantulum verſus cornu Epiſtolę ita ſolùm, vt Crucem Subdiaconi reſpiciat, & terga Altari non vertat: à ſiniſtris eius Diaconus, & prope hunc Thuriferarius, & ibi vas aquę benedictę.

Hęc diſpoſitio ſemper in Abſolutione ſeruãda eſt, ſiue defunctus ſit Sacerdos, ſiue nõ Ea enim differẽtia ſolùm attendẽda eſt corpore pręſenti; in hac autẽ Abſolutione nunquã corpus Defuncti pręſens eſt, ſed iã ſepultũ & abſcõditũ: & quia quãdo corpora mortuorũ ſepeliũtur, ſemper facie reſpiciẽte Altare, colocari debẽt iuxta Ritualis reformati diſpoſitionẽ: inde & habitꝰ Ordinis iuxta Cõſtitutiones noſtras ſupra tumulũ ponẽdus eodẽ modo debet aptari, & tumulus huic Abſolutioni pręparatus ſemper eũdẽ mo-

dum

lum debet tenere, & repræſentare, & Miniſtri iuxta illum modo prædicto diſponi.

Circa finem Reſponſorij Sacerdos ponit incenſum, illud de more benedicens, miniſtrante nauiculam Diacono (aut Thuriferario, ſi Miniſtri non adſint) & non oſculatur manum Celebrantis, cum ei aliquid porrigitur, neque cum ab eo poſtea accipitur. Finito: Kyrie eléiſon. *dicit:* Pater noſter. *poſt accipit aſperſorium de manu Diaconi, & comitante Diacono à dextris, fimbriamque pluuialis tenente, circumiēs tumulum, aſpergit illum aqua benedicta ter à parte dextra, & ter à ſiniſtra. Quando tranſit, caput Cruci inclinat, Diaconus genuflectit. Poſtea de manu eiuſdem Diaconi accipit Thuribulum, & eodem modo incenſat. Cum tranſit ante Sanctiſsimum Sacramentum, genuflectit ipſe, & Diaconus: & rediens ad ſuum locum, Diacono tenente librum, iunctis manibus dicit:* Et ne nos inducas, &c.

Reſponſorium pro Abſolutione Defunctorum.

Liberame Dñe de morte ęterna in die illa tremēda. * Quādo cęli mouēdi ſunt, & terra. * Dū véneris iudicâre ſæculum per ignem. ℣. Tremens factus ſum ego, & timeo, dū diſcúſsio vénerit, atq; vētūra ira. * Quādo cæli, &c. ℣. Dies illa, dies iræ, calamitâtis, & miſériæ, dies magna, & amâra valde. * Dum véneris iudicâre ſæculū, &c. Verſ. Requiem ætérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis. Líberame Dómine, &c.

Can-

Cantores. Kyrie eléiſon. Conuentus Chriſte eléiſon: Kyrie eléiſon. Sacerdos. Pater noſter.

℣. Et ne nos indûcas intentatiônẽ.

℟. Sed líbera nos à malo:

℣. A porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimas eôrum.

℣. Requiéſcant in pace.

℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam,&c.

℣. Dóminus vobíſcum,&c. Orêmus.

ABſólue, quæſumus Dómine ánimas ómnium fidélium Defunctôrum ab omni vínculo delictôrum: vt in reſurrectiônis glória inter Sanctos & elêctos tuos reſuſcitâti reſpírent: Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

Cantores in medio. Requiéſcant in pace.

℟. Amen.

Hoc idem Reſponſorium dicendum eſt quandocunq; dicta eſt Miſſa pro aliquo Defuncto, ſeruata ſolemnitate eiuſdem Miſſæ quoad Miniſtros & Thuriferarium: & attento ſexu, ſingularitate, aut pluralitate Defunctorũ in Oratione, & in Verſibus eam præcedentibus: non autem in cõſequentibus; hi enim ſemper in numero plurali dicendi ſunt tam hic, quàm in alijs Reſponſorijs.

Facta prædicta Abſolutione in die Omnium Defuncto-

nctorum immediate Proceſsio fiet eodem modo
io in ferijs ſecundis per Annum.

Proceſsio pro Defunctis.

Feria ſecunda vniuſcuiuſq. hebdomadæ per annum (præterquàm Octauarum Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Sanctiſsimi Sacramẽti, Hebdomadæ Sanctæ, & eius n qua fit commemoratio ſolemnis Defunctorum, ſimulq; otius temporis Paſchalis) fit Proceſsio Defunctorum in omnibus conuentibus Ordinis per clauſtra.

Quodſi prædicta Proceſsio, vel quia occurrit dies aliquis feſtiuus, vel alia de cauſa, euenerit non celebrari in prædicta feria ſecunda, transferatur in tertiã, vel quartam eiuſdem Hebdomadæ ſimiliter non impeditam. Feria verò quinta, ſexta, aut Sabbato, nunquam fiet hæc peculiaris Proceſsio.

Dictis ferijs ſecundis, vel alijs, dicitur in Altari maiori Miſſa quotidiana pro Defunctis, vt in Miſſali, ita vt finiatur cum hora præcedente Proceſsionem, niſi fuerit eo die feſtum dupl. tũc enim Miſſa hæc dicetur de feſto eadem hora, & applicabitur à celebrante pro Defunctis.

Poſt hanc Miſſam finita Prima (aut Tertia ſi ſimul dicantur) Fratres egrediuntur Eccleſiam ordine prænotato: ibi incipiunt Reſp. Credo quòd Redémptor meus viuit, &c. *Et ſtatim ad clauſtrum egrediuntur. In hac Proceſsione non defertur Thuribulum, ſed iunior ex fratribus deferet vas aquæ benedictæ ſine rocheto: Crucem verò Acolytus inter duos ceroferarios cum rochetis.*

Qui aſperſorium portat, tam in hac Proceſsione, quàm in ea quæ fit in Commemoratione omnium Defunctorum, ſtatim vt egreſſus fuerit ab Eccleſia ad clauſtrum, in primo angulo dexteram Celebrantis reſpiciente manebit: vt inde liberiùs dicto: Pater noſter, *aſperſorium illi (vel Diacono ſi adſit) miniſtret non oſculans manum, neque aſperſorium; at extremitatem pluuialis eleuans. Deinde procedat per medium Proceſsionis aſpergens ſepulturas (ſi adſint) vſque ad Crucem, factaque illi reuerentia, in altero angulo remaneat, vt prius.*

Vbi clauſtra commodè diſpoſita non fuerint, aut numerus Religioſorum non ſufficiat, quatuor Reſponſoria (prætermiſſa quarta Statione) canantur in choro: & Sacerdos, qui Sacrum pro Defunctis fecerat, accepto pluuiali nigri coloris, Orationes in Eccleſia decantabit comitante Acolyto cum aſperſorio.

Statio Prima.

CRedo quòd Redẽptor meus viuit, & in nouiſsimo die de terra ſurrectûrus ſum. *Et in carne mea vidêbo Deũ Saluatôrem meũ. ℣. Quẽ viſûrus ſum ego ipſe, & non alius, & óculi mei cõſpectûri ſunt. *Et in carne mea vidêbo Deum, &c. Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Sacerdos dicit alta voce: Pater noſter, & dum reliqua dicit ſecretò, accipiens aſperſorium, aſpergit pauimentum, vt ſupra dicitur: quod ſeruatur in alijs Stationibus, aut Reſponſorijs.

℣. Et

℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimas eôrum.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Deus, qui inter Apoſtólicos Sacerdôtes fámulos tuos Pontificâli, ſeu Sacerdotâli fecîſti dignitâte vigêre: præſta quæſumus, vt eôrum quoque perpétuo aggregéntur conſórtio. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

Statio Secunda.

Qvi Lázarum reſuſcitâſti à monuménto fætidum. * Tu eis Dómine dona réquiem & locum indulgéntiæ. ℣. Qui ventûrus es iudicâre viuos & mórtuos,& ſæculum per ignem. * Tu eis Dómine,&c. Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Cóllocet eos Dóminus cum Princípibus.
℟. Cum Princípibus pópuli ſui.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orêmus.

DEus,véniæ largîtor,& humânæ ſalûtis amâtor,quæſumus cleméntiam tuam:vt noſtræ Congregatiônis fratres,propínquos, & benefactôres, qui ex hoc ſæculo tranſiérunt, Beâta María ſemper Vírgine intercedénte, cũ ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis conſórtium peruenîre cõcêdas.Per Chriſtũ Dñm noſtrũ. ℟. Amen.

Statio Tertia.

DOmine,quando véneris iudicâre terrã, vbi me abſcóndã à vultu iræ tuæ? * Quia peccaui nimis in vita mea. ℣. Commiſſa mea pauéſco,& ante te erubéſco: dum véneris iudicâre noli me cõdemnâre. * Quia peccâui,&c. Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Ne tradas beſtijs ánimas confiténtes tibi.
℟. Et ánimas páuperum tuôrum ne obliuiſcáris in finem.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum,&c. Orêmus.

DEus,qui nos patrẽ, & matrẽ honôrare præcepîſti:miſerêre cleménter animâbus paréntum noſtrôrum, eôrumque peccâta dimitte, noſque eos in æternæ claritâtis gáudio fac vidêre. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

Stâ-

Statio Quarta.

NE recordêris peccâta mea Dómine. * Dum véneris iudicâre ſæculum per ignẽ. ℣. Dírige Dómine Deus meus in conſpéctu tuo viam meam. * Dum véneris,&c. Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. In memória ætérna erunt iuſti.

℟. Ab auditiône mala non timébunt.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

OMnipotens ſempitérne Deus, cui nunquam ſine ſpe miſericórdiæ ſupplicâtur, propitiâre animâbus famulôrum,famulârumq; tuarum: Vt qui de hac vita in tui Nóminis amôre deceſſérunt, Sanctôrum tuôrum número fácias aggregâri. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Statio Quinta ad Eccleſiam.

LIberame Dómine de morte ætérna in die illa treménda. * Quãdo cœli mouéndi ſunt & terra. * Dum véneris iudicâre ſæculũ per ignẽ. ℣. Trémens factus ſum ego, & tímeo,dum diſcúſſio vénerit,atque ventûra ira. * Quando cœli mouéndi ſunt, & terra,&c. Verſ. Dies illa, dies iræ, calamitâtis, & miſériæ, dies magna, & amâra

valde. * Dum véneris iudicâre,&c. ℣. ℟. équiem ætérnam dona eis Dómine : & lux perpétua lúceat eis. L íbera me Dómine,&c. K yrie eléiſon. C hriſte eléiſon. K yrie eléiſon. P ater noſter.

℣. E t ne nos indúcas in tentatiônem.

℟. S ed líbera nos à malo.

℣. A udíui vocem de cœlo:dicéntem mihi.

℟. B eâti mórtui:qui in Dn̄o moriúntur.

℣. D ómine exáudi oratiônem meam.

℟. E t clamor meus ad te véniat.

℣. D óminus vobíſcum.

℟. E t cum Spíritu tuo. O rêmus.

DEus, cuius miſeratiône ánimæ fidéliũ requiéſcunt fámulis, & famulâbus tuis, & ómnibus hic,& vbiq; in Chriſto quieſcéntibus,da propítius véniam peccatôrum : vt à cunctis reátibus abſolûti tecum ſine fine læténtur.

ABſólue quæſumus Dómine, ánimas famulôrum,famulârumq; tuârum,& ómnium fidélium Defunctôrum ab omni vínculo delictôrum: vt in reſurrectiônis glória inter Sanctos & eléctos tuos reſuſcitâti reſpîrent.Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

℣. R équiem ætérnam dona eis Dómine.

℟. E t lux perpétua lúceat eis. Deinde Cantores in medio.

℣. R equiéſcant in pace.

Reſp.Chorus. Amen.

In Commemoratione omnium Defunctorum in hac quinta Statione, loco huius Reſponſorij dicendum eſt.

L ibera me Dómine de vijs inférni, qui portas æreas cõfregiſti,& viſitáſti inférnum, & dedíſti eis lumen, vt vidérent te. * Qui erant in pęnis tenebrârum. ℣. Clamántes & dicéntes: Aduenísti Redémptor noſter. * Qui erant in pęnis tenebrârum. ℣. Requiẽ ætérnam dona eis Dómine: & lux perpétua luceat eis. * Qui erant in pęnis tenebrârum.

Cum Verſibus,& Orationibus proximè appoſitis.

His peractis facto ſigno à Preſidente, alter ex Cantoribus,incipit Pſal. D e profúndis clámâui ad te Dómine. Et Chorus egrediens Eccleſiam proſequitur, & terminat Pſalmũ cum Requiem ætérnam dona eis Dñe. ℟. E t lux perpétua luceat eis.

Sacerdos vero dicit ℣. A porta ínferi.

℟. E rue Dómine ánimas eôrum.

℣. D ómine exáudi oratiônem meam.

℟. E t clamor meus ad te véniat.

℣. D óminus vobíſcum.

℟. E t cum Spíritu tuo. O rêmus.

F Idéliũ Deus ómniũ Cónditor,& Redémptor ánimabus famulôrum, famulârumq; tuârum remiſsiônẽ cunctôrũ tríbue peccatôrum: vt indulgéntiam,quã ſemper optauérunt, pijs ſupplicatiónibus conſequántur. Qui viuis,& regnas in ſæcula ſæculôrũ. ℟. Amen. Pater noſter, totum ſecreto.

CAPVT TERTIVM.

Deprecatio ad Beatam Virginem, (vulgò Plegaria) quæ pro varijs neceſsitatibus frequenter fieri ſolet.

CVm aliqua tribulatio, vel neceſſitas ingruerit, fiāt Domino preces ſequentes in Choro, ſeu Eccleſia, genibus flexis, ſecundū tēporis, & Prioris diſpoſitionem; in quibus regulariter dicatur Antiphona: **Sub tuum Præſidium** cū ſuo Verſu, & tribus Orationibus, quarū prima erit: **Concêde nos fámulos tuos, &c.** vel alia Oratio de Beata Virgine, ſecundùm temporis diuerſitatem. Secunda: **Deus, refugium noſtrum, &c** Tertia verò, & vltima, vna ex infra poſitis ſecundùm varias neceſsitates.

Antiphona.

SVb tuum præſidium confúgimus ſancta Dei Génitrix, noſtras deprecatiónes ne deſpicias in neceſsitátibus; ſed à perículis cunctis líbera nos ſemper Vírgo gloriôſa, & benédicta.

Sacerdos dicit Verſ. Ora pro nobis ſancta Dei Génitrix.

Reſp. Chorus. Vt digni efficiâmur promiſsióni- bus Chriſti.

Orêmus.

COncêde nos ſamulos tuos, quæſumus Dómine Deus, perpetua mentis,& córporis ſanitâte gáudere; & glorioſa Beâtæ Mariæ ſemper Virginis intereeſsiône à præſénti liberâri triſtítia, & ætérna pérfrui lætitia.

DEus, refúgium noſtrum, & virtus, adéſto pijs Eccléſiæ tuæ précibus Auctor ipſe pietâtis, & præſta; vt quod fidéliter pétimus,efficáciter conſequâmur.

Pro quacumque neceſsitâte.

INeffábilem miſericórdiam tuam, Dómine,nobis cleménter oſténde: vt ſimul nos, & à peccâtis ómnibus éxuas,& à pœnis, quas pro his merêmur,erípias.

Contra perſecutores Eccleſiæ.

ECcléſiæ tuæ,quæſumus Dómine,preces placâtus admitte:vt deſtrúctis aduerſitátibus,& erróribus vniuérſis,ſecúra tibi ſéruiat libertâte.

Pro pluuia petenda.

DEus,in quo víuimus, mouêmur, & ſumus; plúuiam nobis tribue congruéntē;vt præſéntibus ſubſídijs ſufficienter adiúti, ſempitérna fiduciálius appetámus.

Pro ſerenitate petenda.

AD te nos, Dómine, clamántes exáudi; & aëris ſerenitâtem nobis tribue ſupplicántibus: vt qui iuſtè pro peccâtis noſtris affligimur, miſericórdia tua præueniénte, cleméntiam ſentiâmus.

Pro tempore belli.

DEus, qui cónteris bella, & impugnatôres in te ſperántium poténtia tuæ defenſiônis expúgnas: auxiliáre fámulis tuis implorántibus miſericórdiam tuam; vt inimicôrum ſuôrum feritáte depréſſa, inceſſábili te gratiârum actiône laudêmus.

Pro vitanda mortalitate, ſeu tempore peſtis, aut famis.

DEus, qui non mortem, ſed pœniténtiam deſíderas peccatôrum: pópulum tuum ad te reuerténtem propítius réſpice; vt dum tibi deuôtus exíſtit, iracúndiæ tuæ flagélla ab eo cleménter amóueas.

Pro infirmo.

OMnípotens ſempitérne Deus, ſalus ætérna credéntium, exáudi nos pro fámulo tuo infirmo; pro quo miſericórdiæ tuæ implorâmus auxílium; vt, rédditа ſibi ſanitâte, gratiârum tibi in Eccléſia tua réferat actiônes.

Si fuerit pro pluribus, dicatur in plurali.

Pro infirmo,qui proximus eſt morti.

OMnípotens,& miſéricors Deus, qui humâno géneri, & ſalûtis rémedia, & vitæ ætérnæ múnera contuliſti: réſpice propítius famulum tuum infirmitáte córporis laborantem,& ánimam réfoue,quam creáſti: vt in hora éxitus illius, abſq; peccâti mácula tibi Creatôri ſuo per manus Sanctôrum Angelôrum repræſentâri mereâtur.

Pro nauigantibus.

DEus,qui tranſtuliſti Patres noſtros per mare Rubrum, & tranſuexîſti eos per aquam nímiam, laudem tui Nóminis decãtantes: te ſupplíciter deprecâmur, vt in naui fámulos tuos repúlſis aduerſitátibus, portu ſemper optábili, curſuque tranquíllo tueáris.

Pro iter agentibus.

ADéſto,Dómine, ſupplicatiónibus noſtris, & viam famulôrũ tuôrum in ſalûtis tuæ proſperitâte diſpóne: vt inter omnes viæ, & vitæ huius varietâtes,tuo ſemper protegántur auxílio.

Pro prægnante,aut in partu laborante.

DEprecatiônem ſeruôrum tuôrum Omnípotens Deus, pro páupere Ancílla tua in partu(nunc) aut (in póſterũ) laborante exaudîre digneris: vt quemádmodum eã tuâ prouidéntiâ concípere decreuíſti, ita ipſam tua prænia benedictiône, ad lâudem tui ſacri Nóminis (Bea-

tiſsima ſemper Virgine Marîa ſuffragante cum ómnibus Sanctis) celériter iúbeas expedîri.

Pro tentatis & tribulatis.

DEus, qui iuſtíficas ímpium, & non vis mortem peccatôris, Maieſtâtem tuam ſupplíciter deprecâmur: vt fámulum tuum de tua miſericórdia cõfidéntem cœléſti prótegas benígnus auxílio, & aſsídua protectiône conſérues; vt tibi iúgiter famulêtur, & nullis tentatiónibus à te ſeparêtur. Per Chriſtum Dóminum noſtrũ. Amen.

Et ſic terminêtur Orationes iſtæ, & ſimiles aliæ, quæ pro exigentia neceſsitatis deſumi poterunt ex Miſſali propè finem, vel alijs ex locis.

CAPVT QVARTVM.

De Receptionibus Prælatorum, & aliarum perſonarum.

De Receptione Summi Pontificis.

¶ I.

SI ſummus Pontifex ad aliquem Conuentum noſtræ Religionis venire cõtigerit, ordine infra in receptione P. N. Generalis, pag. 112. annotato, recipiendus eſt, & ſequens Reſponſorium decantabitur.

Reſp. Tu es Paſtor óuium, Princeps Apoſtolôrũ: tibi trádidit Deus ómnia regna mundi. * Et ideo tibi tráditę ſunt claues Regni cęlôrum. ℣. Quodcúmque ligáueris ſuper terram, erit ligâtum & in cœlis; & quodcúmque ſólueris ſuper terram, erit ſolûtum & in cœlis. * Et ideo tibi,&c. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. * Et ideo tibi, &c.

Statim cantatur ſequens Hymnus.

HYMNVS.

Qvodcúmq; vinclis ſuper terrã ſtrinxeris,
Erit in aſtris religâtum fórtiter,
Et quod reſóluis in terris arbítrio,
Erit ſolûtum ſuper cœli rádium:
In fine mundi Iudex eris ſæculi.
Glória Patri per imménſa ſæcula.
Sit tibi Nate decus,& impérium,
Honor,potêſtas,ſanctoque Spirítui:
Sit Trinitâti ſalus indiuídua,
Per infiníta ſæculôrum ſæcula. Amen.

Dum orat Summus Pontifex, Cantores dicunt

℣. Exáltent eum:in Ecclesia plebis.
℟. Et in Cathedra ſeniôrum:láudent eum.

Orêmus.

Deus, ómnium Fidélium Paſtor, & Rector, famulum tuum N. quem Paſtôrem Eccléſiæ tuæ præéſſe voluîſti, propítius réſpice: da ei quæſumus verbo, & exémplo quibus præeſt profícere, vt ad vitam vnà cum grege ſibi cré-

dito

dito peruéniat ſempitérnam. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

In huiuſmodi Pontificis receptione omnia, quæ agenda ſunt, de conſilio, & diſpoſitione Magiſtri cæremoniarum eiuſdem Pontificis, fieri oportet: quod etiam in aliorum Prælatorum receptione (ſi ſpeciales ad hoc habeant cæremonias) obſeruabitur.

Ordo ad recipiendum proceſsionaliter Prælatum, vel Legatum, Archiepiſcopum, vel Epiſcopum.

¶ II.

CVm Prælatus aliquis ad noſtros venerit Cõuentus, fit receptionis Proceſsio, modo infra annotato in receptione P.N. Generalis. In qua Prior, vel alius pluuiali albo ſupra albam, & ſtolam indutus offert venienti Crucem oſculandam, quã Legatus, ſeu Prælatus ſuper tappete ſtratum genuflexus deuotè oſculatur. Poſtea Prior, vel alius porrigit eidem aſperſorium cum aqua benedicta, quo primum ſeipſum, deinde alios circunſtantes aſpergit. Tunc Prior, vel alius, eodẽ modo offert ei nauiculam, Acolyto induto thuribulum miniſtrante: quo facto, Prælatus, ſeu Legatus imponit incenſum, quem thurificabit ipſe Prior, vel alius more conſueto. Dum autem hæc omnia fiunt; à principio ingreſſus Eccleſiæ, cantatur vna ex Antiphonis, aut Reſponſorijs ſequen-

ibus, ſecúndùm perſonarum (vt ibi aſsignatúr) circunſtantias.

Antiphona: S acérdos, & Póntifex, & virtûtum ôpifex, Paſtor bone in pópulo ſic placuîſti Dómino. Vel dicitur:

Reſp. E cce Sacérdos magnus, qui in diébus ſuis plácuit Deo. * Ideo iureiurándo fecit illum Dóminus créſcere in plebem ſuam. Verſ. B enedictiônem ómnium géntium dedit illi, & teſtamentum ſuum confirmâuit ſuper caput eius. * Ideo iureiurándo fecit illum Dóminus,&c. G lória Patri, & Fílio, & Spíritui ſancto. * Ideo iureiurándo fecit, &c.

Si autem Legatus recipiendus,ſit Diaconus Cardinalis,dicatur ſequens Reſponſorium.

Reſp. F idélis namque, & prudens diſpenſâtor in magni Patris famílias domo conſtitûtus erat. * Vt conſéruis ſuis menſúram trítici erogáret. ℣. Pro ſalûte, & augménto gregis ſibi commíſsi, cura peruígili ſolícitus erat. * Vt conſêruis,&c. G lória Patri, & Fílio, & Spíritui ſancto. * Vt conſéruis ſuis,&c.

Si autem duo,vel plures reciperentur Legati,etiã ſi non eſſent Epiſcopi, vel Presbyteri Cardinales, cantatur ſequens Antiphona.

Antiphona: V os eſtis ciues Sanctôrum, & doméſtici Dei, ſuperædificáti ſupra fundaméntum Apoſtolôrum,& Prophetárum.

Deinde cum Hymno: Te Deum laudâmus. habetur pag. 88. procedunt ad Capellam maiorẽ, vbi ſuper tappete ante infimum gradum Altaris paratum procumbit Prælatus, & orat. Interim Sacerdos pluuiali indutus ſtans in cornu Epiſtolę Altaris, verſus eundem Prælatum adorantem, dicit:

℣. Protéctor noſter áſpice Deus.

℟. Chorus. Et réſpice in faciem Chriſti tui.

Cum ſequẽntibus omnibus, dummodò receptus ſit Prælatus, aut Legatus, Epiſcopus, vel Presbyter Cardinalis. Si verò fuerit Diaconus Cardinalis, omiſſo præcedenti verſu, dicet ſequentes tantùm.

℣. Saluum fac ſeruum tuum.

℟. Deus meus ſperántem in te.

℣. Mitte ei Dómine auxílium de ſancto.

℟. Et de Sion tuére eum.

℣. Nihil profíciat inimîcus in eo.

℟. Et filius iniquitâtis non appónat nocêre ei.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Orêmus.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui facis mirabília magna ſolus; præténde ſuper hunc fámulum tuum, & Congregatiônes illi commíſſas Spíritum grátiæ ſalutâris, & vt in veritâte tibi compláceat, perpétuum ei rorem tuæ benedi-

ctiônis

ctiônis infúnde. Per Chriſtum Dóminum noſtrũ.
℟. Amen.

Finita Oratione, Prior, vel Præſidens Conuentus accedens, oret Prælatum, vt ſurgens, Fratribus ſuam impartiri dignetur benedictionem. Quo annuente, Fratres omnes per ordinem (incipiendo à ſenioribus) accedentes oſculentur ei ſedenti manum. Aliqui verò ex ſenioribus, & dignioribus Fratribus remaneant cum Prælato, cæteris Eccleſiam egredientibus.

Pro electione P. N. Generalis in gratiarum actione.

¶ III.

AVdita electione P. N. Generalis, cantetur in toto Ordine in Capella maiori, vel in Choro Hymnus: Te Deum laudâmus. Quo finito dicantur ſequentia.

℣. Benedicâmus Patrem, & Fílium cum ſancto Spíritu.
℟. Laudêmus, & ſuperexaltêmus eum in ſęcula.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

DEus, cuius miſericórdiæ non eſt nùmerus; & bonitâtis infinítus eſt theſáurus: piiſsimę Maieſtâti tuæ pro collâtis donis grátias ágimus, tuam ſemper clementiam exorántes: vt qui peténtibus poſtulâta concédis, eoſdem non déſerens, ad præmia futûra diſpónas.

Pro-

PRótege, Dómine, fámulum tuum N. Patrem noſtrũ, ſubſídijs pacis; & Beátæ Maríæ ſemper Vírginis patrocínijs confidéntem à cunctis hóſtibus redde ſecúrum.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui facis mirabília magna ſolus: prætén de ſuper fámulum tuum N. Patrem noſtrum, & Congregatiônes illi commíſſas ſpíritum grátiæ ſalutâris; & vt in veritâte tibi compláceat, perpétuum ei rorem tuæ benedictiônis infúnde. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

De Receptione eiuſdem P.N. Generalis.

¶ IIII.

CVm Patrem noſtrum Generalem ad noſtra Monaſteria (prima poſt eius electionẽ vice) venire contigerit: illum Fratres, vt totius Ordinis Patrem venerantes, ſolemniter recipere debent.

Appropinquante igitur eius aduentu, congregentur, & ei obuiam per aliquod extra Monaſterium ſpatium in forma proceſsionis occurrant. In cuius receptione hic ordo ſeruabitur.

Præcedunt duo Fratres, quorum alter vas aquæ benedictæ, alter verò thuribulum deferet. Inſequitur Cruciferarius medius inter Acolytos, accenſos cereos portãtes. Prædicti autem quinque Fratres rochetis induti eſſe debent. Deinde Conuentus per ordinem, præcedentibus iunioribus ordine conſueto. Vltimo procedit Sacerdos (qui

erit

erit ex dignioribus) amictu, alba, cingulo, ſtola, & pluuiali albo indutus paruam Crucem deferens.

Cum peruētum fuerit ad locum, vbi ſiſtere debet Proceſsio, Cruciferario, & Acolytis ſiſtentibus, Sacerdos indutus pluuiali remanet ad portam Eccleſiæ, reliqui omnes protenduntur verſus eam partem, per quam acceſſurus eſt P. N. Generalis. Qui ordo in quibuſque Proceſsionibus, pro cuiuſuis perſonæ receptione faciendis, ſeruandus eſt.

Cum ergo iam propè acceſerit P. N. Generalis; Prior Conuentus cum tribus, vel quatuor ex dignioribus per aliquod competens ſpatium obuiabit ei; quem reuerenter recipientes vſque ad Proceſsionis locum à dextris, & ſiniſtris comitabuntur. Interim Cruciferarius, & Acolyti veniunt per medium Proceſsionis vſque ad Sacerdotem, quos cæteri ſequuntur.

Patre autē noſtro Generali proximè accedente, cāpanæ pulſantur. Cum iā intrat Eccleſiæ portā, Sacerdos offert illi Crucē pretioſam, quā genuflexus deuotè oſculatur; & ſtatim tribuit eam Sacriſtæ tenendam. Poſtea Sacerdos ſimiliter offert eidem Prælato aſperſorium cum aqua benedicta, quod accipiens Pater noſter Generalis, aſpergit ſeipſum primo, deinde alios circunſtantes. Tunc idem Sacerdos miniſtrat nauiculam, Acolyto thuribulum porrigente, & ſtans P. N. Generalis imponit, & benedicit incenſum; & ſtatim Sacerdos accipiens thuribulum de manu Acolyti, facta prius profunda capitis inclinatione ante Prælatum, illum thurificat triplici ductu, vt moris eſt.

Et præcedentibus Fratribus, Cantores incipiunt Hymnum, Te Deum laudámus. *vt habetur pag. 88. & mouetur Proceſsio vſque ad Capellam maiorem.*

Ad quam cùm peruentum fuerit P. N. Generalis iuxta Maioris Altaris gradus, ſuper tappete nudum, abſque puluinaribus, orabit genuflexus. Circa finem Hymni, Sacerdos accedet ad Altare, & in cornu Epiſtolæ verſus Patrem noſtrum Generalem, ex libro ſuper Altare poſito ſequentes decantabit verſus.

℣. Saluum fac ſeruum tuum.
℟. Deus meus ſperántem in te.
℣. Mitte ei Dómine auxílium de Sancto.
℟. Et de Sion tuêre eum.
℣. Ora pro eo ſancta Dei Génitrix.
℟. Vt dignus efficiâtur promiſsiónib⁹ Chriſti.
℣. Nihil profíciat inimícus in eo.
℟. Et filius iniquitâtis non appónat nocêre ei.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Orêmus.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui facis mirabília magna ſolus; præténde ſuper hunc fámulum tuum Patrem noſtrum, & congregatiônes illi commiſſas ſpíritum grátiæ ſalutâris, & vt in veritâte tibi compláceat, perpétuum ei rorem tuæ benedictiônis infúnde.

PRótege Dómine fámulum tuum ſubſidijs pacis, & Beátæ Maríæ ſemper Vírginis patrocínijs confidéntem à cunctis hóſtibus redde ſecûrum. Per Chriſtum Dóminum,&c. ℟. Amen.

Quibus peractis, factaque priùs reuerentia cum genuflexione Sanctiſsimo Sacramento, ſedebit P. N. Generalis ſuper ſcabellum in ipſa Capella maiori à latere Euangelij poſitum. Tunc Fratres (exceptis his,qui induti ſunt) accedent,incipiendo à dignioribus, & ante ipſum genuflexi ab eodem benedictionem accipient, manum deoſculando. Quo facto omnes illum(præter eoſdem,qui induti fuerant)comitantes ad cellam perducent.

Ordo ad recipiendum proceſsionaliter Regem.

¶ IIII.

QVando Rex ad aliquem Conuentum noſtrum venerit, Fratres proceſsionaliter ei obuiam extra Eccleſiam procedent:& ipſe Rex in terra ſuper tappete ſtratum genuflexus oſculatur Crucem cum imagine ſanctiſsimi Crucifixi, quæ per Priorem ei porrigetur. Interim cantatur.

℟. Elegit eum Dóminus: * Et excélſum fecit illum præ Regibus terræ. ℣. Glorificâuit eum in conſpéctu Regum, & non confundêtur. * Et excélſum fecit eum, &c. Glória Patri, & Filio, & Spíritui ſancto. * Et excélſum fecit eum,&c.

Cùm iam Rex Eccleſiam ingreſſus fuerit, Prælatus, vel qui Officium facit, aſpergit eum; deinde alios in genere: quo facto, procedunt ad Altare maius cũ Hymno: **Te Deũ laudâmus.** pag. 88. vbi Rex ante gradus ipſius Altaris in faldiſtorio ibidẽ parato genuflectit, & aliquantulũ orat. Interim qui officium facit, aſcendit ad cornu Epiſtolæ, vbi ſtãs v erſus ipſum Regem adorantem cantat ſequẽtia.

℣. Deus iudícium tuum Regi da.

℟. Et iuſtiamtuam filio Regis.

℣. Saluum fac Regem noſtrum Dómine.

℟. Deus meus ſperántem in te.

℣. Mitte ei Dómine auxílium de ſancto.

℟. Et de Sion tuêre eum.

℣. Nihil profíciat inimîcus in eo.

℟. Et fílius iniquitâtis non appónat nocêre ei.

℣. Fiat pax in virtûte tua.

℟. Et abundántia intúrribus tuis.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Deus, cui omnis potéſtas, & dígnitas famulâtur; da huic fámulo tuo Regi noſtro N. próſperum ſuæ dignitâtis effectum, in qua te ſemper tímeat, tibíque iúgiter placêre contendat. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Reſp. Chorus. Amen.

Aliqui ex dignioribus, & ſenioribus Fratribus, remanent cum Rege.

Ordo ad recipiendum proceſsionaliter Reginam.

¶ V.

SEruatis omnibus, quę in præcedenti receptione præmittuntur: infra poſita in pręſenti decantabuntur.

℟. I ſta eſt ſpeciôſa inter filias Ieruſalêm.* Sicut vidîſtis eam plenam charitâte, & dilectiône in cubículis, & in hortis arómatum. ℣. I ſta eſt ſpeciósa, quæ aſcéndit de deſérto delítijs affluens. * Sicut vidîſtis, &c. G lória Patri, & Filio, & Spirítui ſancto.* Sicut vidîſtis, &c.

Deinde ſeruâtis eiſdem cæremonijs in ingreſſu Eccleſiæ, quæ ſunt poſitæ in præcedenti receptione, proceditur cum Hymno: Te Deum laudâmus. ad Capellã maiorem, vbi dum genuflectit, & orat ipſa Regina, Prælatus aſcendit ad cornu Epiſtolæ: vbi eodem modo, quo ſupra, cantabit Verſus, & Orationes ſequentes.

℣. S aluam fac ancíllam tuam Dómine.
℟. D eus meus ſperántem in te.
℣. M itte ei Dómine auxílium de ſancto.
℟. E t de Sion tuêre eam.
℣. N ihil profíciat inimîcus in ea.
℟. E t filius iniquitâtis non appónat nocêre ei.

℣. Fiat pax in virtûte tua.
℟. Et abundántia in túrribus tuis.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Deus, cuius prouidéntia in ſui diſpoſitiône non fállitur; ineffábilem cleméntiam tuam ſúpplices exorâmus; vt ſicut Eſther Regínam Iſraëlíticæ plebis, cauſa ſalûtis, ad Regis Aſſúeri thálamum, Regníque ſui conſórtium tranſíre fecîſti; ita hanc famulam tuam, Chriſtiânæ plebis ſalûtis grátia, ad tuam grátiam tranſîre fácias: vt tibi ſuper ómnia iúgiter placêre deſíderet, & (te inſpiránte) quæ tibi plácita ſunt, toto corde perfíciat, & déxtera tuæ poténtiæ illam ſemper hîc, & vbíque circúndet. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.
℟. Amen.

Finitis his, remanent aliqui ex dignioribus, & ſenioribus cum Regina.

De Receptione Principis hæredis.

¶ VI.

IN hac Proceſsione ómnia fiant, tã in receptione à principio, quàm poſtea intra Eccleſiam, vt annotatur in receptione Regis; cantentur verò ſequentia.

℟. Poſui adiutôrium ſuper poténtem: & exaltáui eléctũ de plebe mea. * Manus enim mea auxiliá-

bitur

bitur ei. ℣. Inuéni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eũ. * Manus enim mea.&c. Glória Patri, & Fílio: & Spíritui ſancto. * Manus enim mea,&c.

Deinde cantatur, vt ſuprà, Hymnus: Te Deum laudâmus. pag.88.

Sacerdos in cornu Epiſtolæ, dum Princeps genuflexus orat ante gradus Altaris, dicit:

℣. Saluum fac Príncipem noſtrum, Dómine.
℟. Deus meus ſperántem in te.
℣. Mitte ei Dómine auxílium de Sancto.
℟. Et de Sion tuêre eum.
℣. Nihil proficiat inimícus in eo.
℟. Et filius iniquitâtis non appônat nocêre ei.
℣. Fiat pax in virtûte tua.
℟. Et abundántia in túrribus tuis.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobîſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Deus, cui omnis potéſtas, & dígnitas famulâtur; da huic fámulo tuo Príncipi noſtro N. próſperum ſuæ dignitâtis effectum; in qua te ſemper tímeat, tibíque iúgiter placêre conténdat. Per Chriſtum Dóminũ noſtrum. Reſpondet Chorus. Amen,

Aliqui ex dignioribus, & ſenioribus remaneant cum Príncipe.

Ordo ad recipiendum proceſsionaliter Principiſſam hæredem, vel vxorem Principis hæredis.

¶ VII.

OMnia fiant, vt in receptione Reginæ, præter Orationem, quæ dicitur ſequens:

Oremus.

QVæſumus, Omnípotens Deus, vt hanc fámulam tuam vbique ſapiéntia tua dóceat, & confórtet; atque eam Eccléſia tua fidélem ſemper agnóſcat. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Explicit prima pars Manualis.

SECVNDA PARS MANVALIS DE BENEDICTIONIBVS.

CAPVT PRIMVM.

De diuerſis Benedictionibus.

IN omnibus benedictionibus, hæc in primis obſeruanda erunt; videlicet, vt Sacerdos ſtolam ſuper cappam, vel albam ad collum habeat: & aſsiſtat Miniſter, qui reſponſiones faciat, accenſam candelam habeat, & aſperſorium; vt id, quod benedicitur, ſemel in modum Crucis aſpergatur.

Benedictio nouæ Crucis.

¶ I.

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

BEnedîc✠ Dómine hanc Crucem tuam, per quam eripuiſti mundum à dæmonum pote-

ſtáte: vt ſit remédium ſalutáre ómnibus, ad eius præſidium deuôtè confugiéntibus. Qui viuis, & regnas, &c. Deinde aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio imaginum Dei, aut Beatæ Mariæ, vel Sanctorum.

¶ II.

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum, & terram.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Orêmus.

Omnípotens ſempiterne Deus, te ſupplíciter exorámus: vt hãc Imaginẽ in memóriã, & honôrẽ tui, vel Vnigéniti Filij tui Dñi noſtri Ieſu Chriſti, vel Beatíſsimæ Vírginis Matris Dñi, vel Beáti N. præparátam bene ✠ dícere, & ſanctificáre ✠ dignéris: vt quicúmque ad ipſam venerándam ſe deuôtè inclináuerint, ſalûtem mentis, & córporis conſequântur: & quidquid iuſtè petíerint, ſe impetráſſe lætêntur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Benedictio cuiuſlibet indumenti Sacerdotalis in ſingulari.

¶ III.

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum, & terram.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Orêmus.

DEus omnípotẽs,bonârum virtûtum dator, & ómniũ benedictiônum largus infûſor, ſúplices te rogâmus, vt mánibus noſtris opem tuæ benedictiônis infúndas, & hunc amîctũ, vel albam, vel cíngulum, vel ſtolam, vel maní-pulum, vel tunicéllam, vel dalmáticam, vel caſúllã diuíno cúltui præparâtam, virtûte Sãcti Spíritus,bene ✠ dícere, ſancti ✠ ficâre,& cõſe ✠ crâre dignêris, & ómnibus ea, *vel* eo vténtibus grátiam ſanctificatiônis ſacri miſtérij tui benígnus concêde: vt in conſpéctu tuo ſancti, & immaculâti,atque irreprehenſíbiles appáreant, & auxílium miſericórdiæ tuę acquírant,Per Dóminum noſtrum, &c. ℟. Amen. Deinde aſpergit aqua benedicta.

Benedictiones Sacerdotalium indumentorum in genere,mapparũ, corporaliũ, tabernaculi, ſeu vaſculi pro Sãctiſsimo Sacramẽto.fiãt vt in Miſſali.

De benedictione ſigni,vel campanæ.

¶ IIII.

SIgnum,vel campana debet benediei, antequã ponatur in campanili.Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, & ſtola albi coloris, dicit Pſalmum ſequentem, cum aliquibus Fratribus alternatim. Pſalm.150.

LAudâte Dóminum in ſanctis eius: laudâte eum in firmaménto virtûtis eius.

Laudâte eum in virtútibus eius: laudâte eum ſecúndùm multitúdinem magnitúdinis eius.
Laudâte eum in ſono tubæ: laudâte eum in pſaltério,& cíthara.
Laudâte eum in timpano, & choro: laudâte eum in chordis,& órgano.
Laudâte eum in cymbalis beneſonántibus, laudâte eum in cymbalis iubilatiônis: omnis ſpíritus láudet Dóminum.
Glória Patri,& Fílio,& Spirítui ſancto.
Sicut erat in princípio,& nunc,& ſemper,& in ſæcula ſæculôrum. Amen.

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum,& terram.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Deus,qui per B. Móyſem legíferum fâmulum tuum tubas argénteas fíeri præcepîſti,quas dum Leuítæ tempôre ſacrifícij clángerent, ſónitu dulcédinis pópulus mónitus ad te adorándum fíeret præparátus, & ad celebránda ſacrifícia conueníret, quarum clangôre hortâtus ad bellum, molímina proſtérneret aduerſántium; præſta quæſumus, vt hoc váſculum ſanctæ tuæ Eccléſiæ præparâtum ſancti ✠ ficêtur à Spíritu ſancto, vt per illius tactum fidéles inuiténtur ad premium. Et cum melódia illius áuribus inſonuérit populôrum,creſcat in eis deuôtio fidei;procul pellántur omnes in-

ſidiæ

ſidiæ inimíci; fragor grándinum, procella túrbinũ impetus tempeſtâtum, infésta tonitrua temperéntur; ventôrum flabra fiant ſalúbriter, ac moderâtè ſuſpénſa; proſtérnat aëreas poteſtâtes déxtera tuæ virtûtis: vt hoc audiéntes tintinábulum cõtremíſcant, & fúgiant ante ſanctæ Crucis Filij tui in eo depîctum vexíllum, cui fléctitur omne genu cœléſtium, terréſtrium, & infernôrum; & omnis lingua confiteâtur, quòd ipſe Dóminus noſter Ieſus Chriſtus, abſorpta morte, per patibulum Crucis regnat in glória Dei Patris cum eodem Patre, & Spíritu ſancto per omnia ſæcula ſæculôrum, ℟. Amen.

Deinde aſpergat campanam aqua benedicta.

Benedictio habitus pro Confratribus noſtri Ordinis.

¶ V.

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini,

℟. Qui fecit cœlum, & terram.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui tégumen noſtræ mortalitâtis indúere dignâtus es; obſecramus imménſam tuæ largitâtis abundántiam: vt hoc genus veſtiménti, quod ſancti Patres ad innocéntiæ, & humilitâtis indícium abrenuntiántes ſæculo ferre ſanxêrunt, tu ita bene ✠ dícere dignéris, vt fámulus tuus, qui hoc indûtus fúerit veſtiménto, te quoque indûere mereâtur. Qui vi-

uis,& regnas,Deus, per omnia ſæcula ſæculôrum.
℟. Amen. Et aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio Corrigiæ.

¶ VI.

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum,& terram. Orêmus.

Omnipotens, ſempitérne, & miſéricors Deus,qui pietâtis miſericórdiam peccatóribus quærentibus véniam, & miſericórdiam, tribuîſti: orâmus imménſam cleméntiam tuam, vt hanc corrígiam bene ✠ dícere,& ſancti ✠ ficáre dignêris,vt quicúmque,pro peccâtis ſuis cincti fuerint, & miſericórdiam tuam imploráuerint, véniam, & indulgéntiam tuæ ſanctæ miſericórdiæ conſequântur. Per Dóminum noſtrum,&c.℟. Amen.

Et aſpergat eam aquà benedicta. Quòd ſi adſit Frater induendus, imponens illi ſcapulare, dicat: Accipe iugum Chriſti ſuâue, & onus eius leue. In Nómine Patris, & Fílij, ✠ & Spíritus ſancti. ℟. Amen. Cùm præcingit illum zona, dicat: Accipe corrígiam ſuper lumbos tuos, vt ſint lumbi tui præcíncti,in ſignum temperántiæ, & caſtitâtis. In Nómine Patris, & Fílij, ✠ & Spíritus ſancti. ℟. Amen. Orêmus.

Adéſto Dómine ſupplicatiónibus noſtris, & hunc famulum tuum, quẽ ſacræ noſtræ Religióni ſociamus, perpétua tribue firmitáte corro-

borári, vt perſeueránti propóſito, in omni ſanctitâte tibi valeat famulári. Qui viuis, & regnas, &c. ℟. Amen. Deinde aſpergat Confratrem aqua benedicta, & ſubiũgat. Ego authoritáte, qua fungor, & mihi concéſſa recípio te ad Confraternitátem noſtræ ſacræ Religiónis, & inuéſtio, ac partícipem te facio ómnium bonôrum ſpirituálium eiuſdem Ordinis. In Nómine Patris, & Fílij, ✠ & Spíritus ſancti. ℟. Amen.

His expletis, Sacriſta Confratris nomen in codice Confraternitatis ſcribat.

Benedictio pro indumentis paruulorum.

¶ VI.

CVm paruulus aliquis voti, aut deuotionis cauſa, noſtri Ordinis habitu fuerit induẽdus; Sacerdos indutus ſacerdotalibus paramentis, vel ſaltem ſtola ſuper cappam collo impoſita, habitum ſimul, & paruulum induẽdum modo ſubſequenti benedicat.

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobíſcum, &c. Orêmus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui pro noſtra ſalûte ſuſcípiens humánam natûram, te veſtiménto carnis indúere dignátus es; benedictiône tua ſancta bene ✠ dîc iſta paruula veſtiménta, quæ pro grátijs tibi exoluêndis omni cum deuotiône, ſanctoq; voto, ac veneratiône Beatíſsimæ Vírginis

Mariæ

Marîæ infans iſte ſuper ſe ſuſceptûrus eſt: infúnde in eum, quęſumus, tuam ſanctam bene ✠ dictiônẽ, vt cum primùm indúerit hunc hábitum Religiônis Beâtæ Marîæ de Monte Carméli, intercedéntibus ſanctis Albérto, & Simône, deſcéndat ſuper eum grátia tua, quæ protégat illum, ab omni malo mentis, & córporis. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitâte Spíritus ſancti Deus per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Deinde aſpergat veſtes aqua benedicta, exuenſq; paruulum veſtibus ſæcularibus dicat: Erípiat Dóminus de corde tuo ſæculi pompas, quibus abrenunciáſti, dum Baptíſmum ſuſcíperes.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.

℟. A viro iníquo erípe me.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus.

℟. Et ab inſurgéntibus in me líbera me.

℣. Eripe me de operántibus iniquitâtem.

℟. Et de viris ſánguinum ſalua me.

℣. Glória Patri, & Fílio: & Spirítui ſancto.

℟. Sicut erat in princípio, &c.

Poſtea induitur paruulus habitu, cui cùm Sacerdos imponit tunicam griſeam, dicit: Immittat in te Dóminus ſanctum Religiônis amôrem, ſanctoque feruôre ſuccendâris, vt árdeas cœléſtium bonôrum deſidério. ℟. Amen. Deinde præcingat illum, dicens: Præcíngat te Dóminus zona iuſtítiæ, vt immaculâta conſérues ómnia mandâta ſua. ℟. Amen.

℟. Amen. Deinde induit illum ſcapulare, dicens: Tolle iugum Chriſti ſuáue, & onus eius leue. In Nómine Patris, & Fílij, ✠ & Spíritus ſancti. ℟. Amen. Poſtremo dicit: Accipe hoc pállium in ſignum puritátis,& continéntiæ, vt Deo ſéruias in ſimplicitáte,& charitáte. In Nómine Patris,& Fílij, ✠ & Spíritus ſancti. ℟. Amen. Tandem dicitur alternatim Pſalmum ſequens. Pſal. 112.

LAudâte púeri Dóminum: laudâte Nómen Dómini.

Sit Nómen Dómini benedîctum: ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

A ſolis ortu vſque ad occáſum: laudábile Nómen Dómini.

Excélſus ſuper omnes gentes Dóminus: & ſuper cœlos glória eius.

Quis ſicut Dóminus Deus noſter, qui in altis habitat:& humília réſpicit in cœlo,& in terra.

Súſcitans à terra inopem: & de ſtércore érigens páuperem.

Vt cóllocet eum cum Princípibus: cum Princípibus pópuli ſui.

Qui habitáre facit ſtérilem in domo:matrem filiôrum lætántem.

Glória Patri,& Fílio,& Spíritui ſancto.

Sicut erat in princípio,&c.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Orêmus.

DOmine Ieſu Chriſte, lux vera de lúmine, quæſumus clementiam tuam, vt per interceſsiônem Beatíſsimæ Marîæ Vírginis, & ſanctôrum Albérti,& Simônis, mentem páruuli huiûs illúmines: vt cùm ad annos diſcretiônis peruénerit, ſancto tibi ánimo,córporeq́ue deſéruiat. Qui viuis, & regnas,&c. ℟. Amen.

Vltimò aſpergat illum aqua benedicta, ipſumq́; benedicat, dicens: Benedîcat te Omnípotẽs Deus, Pater,& Fílius, ✠ & Spíritus ſanctus. ℟. Amen.

Benedictio nouæ domus.

¶ VII.

CVm aliquod Monaſteriũ à Fratribus habitandũ denuò intratur; hoc modo benedicendũ eſt. Cõueniant Fratres in Eccleſiã in cappis, ibiq́; iuxta loci capacitatem in forma Proceſsionis diuidantur. Tunc Sacerdos accipiens aſperſorium, dicit: Pax huic domui,& ómnibus habitántib⁹ in ea. Deinde procedendo per aliqua domus loca, dicat: Aſpérges me Dómine hyſſopo, & mundâbor: lauâbis me,& ſuper niuem dealbâbor.

Pſalmus. Miſerére mei Deus ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam, vſq; in finem. cum Glória Patri,& Fílio,&c. Et repetitur Antiph. Aſpérges me Dómine,&c.

Deinde reuerſis ad Eccleſiam Fratribus, dicit

Sacerdos ℣. Adiutórium noſtrũ in Nómine Dñi.

℟. Qui fecit cœlum,& terram.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo. Orêmus.

TE Deum Patrem Omnipoténtem ſupplíciter exorâmus pro hac domo, & pro habitatóribus eius, vt eam bene ✠dícere, & ſancti ✠ficâre, ac bonis ómnibus ampliâre dignêris: tribue eis Dómine de rore cœli abundántiam, & de pinguédine terræ vitæ ſubſtántiam, & deſidéria voti eôrum ad effectum tuæ miſeratiônis perdûcas: ad intróitum ergo noſtrũ bene ✠dícere, & ſancti ✠ficâre dignêris hãc domum, ſicut benedícere dignâtus es domum Abrahâm, Iſaâc, & Iacôb: & intra paríetes domus iſtíus Angeli tuæ lucis inhábitent, eamque, & eius habitatôres cuſtódiant. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde aſpergit aquâ benedicta, atque ipſe cum reliquis omnibus genuflectens incipit Antiphonam ſequentem. *Antiphona.*

SVb tuum præſidium confúgimus ſancta Dei Génitrix, noſtras deprecatiônes ne deſpícias in neceſsitátibus: ſed à perículis cunctis líbera nos ſemper Virgo glorióſa,& benedîcta.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei Génitrix.

℟. Vt digni efficiâmur promiſsiónibus Chriſti.

Orêmus.

PRótege Dómine fámulos tuos ſubſidijs pacis, & Beátæ Marîæ ſemper Virginis patrocínijs confidéntes à cũctis hóſtibus redde ſecúros.

OMnipotens ſempitérne Deus, qui in omni loco dominatiônis tuæ totus aſsíſtis, totus operâris: adéſto ſupplicatiónibus noſtris, & intercedéntibus Sãctis tuis Beáto Albérto, atque Beáto Ioſeph, huius domus ſis Protéctor, & nulla hîc nequítia contráriæ poteſtâtis obſiſtat: ſed ſint ad noſtræ humilitátis intróitum, méritis Sanctôrum tuôrum, fuga dæmonũ, & Angeli pacis ingréſſus.

VIſita, quæſumus Dñe, habitatiônem iſtam, & omnes inſídias inimíci ab ea longè repélle: Angeli tui ſancti hábitent in ea, qui nos in pace cuſtódiant, & benedíctio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Dóminum noſtrum, &c. ℞. Amen.

Benedictio nouæ Eccleſiæ.

¶ VIII.

QVæuis Eccleſia prius quã in ea Sanctiſsimum Sacramentũ collocetur, à Prælato, vel alio eius nomine, benedicẽda eſt. Fiat autẽ benedictio hoc modo. Exeat Conuentus proceſsionaliter cũ Cruce, vt dicitur ſuprà pag. 2. Sacerdos indutus alba, ſtolla, & pluuiali albo, & accedant ad primariam Eccleſiæ ianuam, vbi ſtans Sacerdos recitat abſolutè Orationem.

A ctió-

Actiónes noſtras, quæſumus Dómine,aſpirādo præueni,& adiuuándo proſéquere:vt cūcta noſtra orátio, & operàtio à te ſemper incípiat, & per te cœpta finiâtur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. Amen.

Deinde inchoat Antiphonam: Aſpérges me Dómine,&c. Et Conuentus alternatim dicit Pſal. Miſerére mei Deus. In fine Glória Patri. Interim circumdant exteriùs Eccleſiam (quæ intus debet eſſe vacua,& nuda,& pariter altaria nuda, excluſo populo,donec abſoluta ſit benedictio)& Sacerdos accepto aſperſorio ex herba hyſſopi ad eius dexteram ſe conuertens,perietes Eccleſiæ in ſuperiori parte, & in fundamentis, cum aqua benedicta aſpergit,dicens: Aſpérges me Dómine hyſſópo, & mundâbor:lauábis me, & ſuper niuem dealbâbor.

Reuerſi ad locum vnde proceſsio initium habuit, repetita Antiphona à Conuentu, Sacerdos ſtans, vt priùs verſus Eccleſiam dicit, Orêmus. Flectâmus genua. Leuâte. Oratio.

Domine Deus, qui licet cœlo, & terra non capiâris,domum tamen dignâris habêre in terris, vbi Nómen tuum iúgiter inuocétur: locum hunc quæſumus, beâtæ Maríæ ſemper Vírginis, & beâti N. ómniumq; Sanctôrū intercedéntib⁹ méritis, ſeréno pietâtis tuæ intúitu víſita, & per infuſiónē grátiæ tuæ ab omni inquinaménto purifica, purificâtumq; cōſérua: & qui diléčti tui Dauid de-

uotiônem in filij ſui Salomônis ópere compleuíſti; in hoc ópere deſidéria noſtra perficere dignêris; effúgiantque omnes hinc nequitiæ ſpirituáles. Per Dóminum noſtrum,&c.

Qua finita Oratione, omnes bini in Eccleſiam ntrantes ad Altare maius procedunt Litanias recitantes.

Vbi dictum fuerit: V t ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donâre dignêris, T e rogâmus áudi nos. Surgit Sacerdos, & intelligibili voce dicit: V t hanc Eccléſiam, & Altáre ad honôrem tuum, & nomen Sancti tui purgâre, & bene ✠ dícere dignêris. T e rogâmus audi nos. Cùm dicit. benedícere, manu dextera benedicit Eccleſiã,& Altáre, deínde vt priùs genuflectit, donec perficiãtur Litaniæ; & Cãtores proſequúntur: V t nos exaudîre dignêris, T e rogâmus audi nos. Fili Dei. T e rogâmus audi nos. A gnus Dei, &c. Dicto vltimo K yrie eléiſon, Sacerdos ſtans dicit: O rêmus. F lectâmus génua. L euâte.

P Ræuéniat nos, quæſumus Dómine, miſericórdia tua,& intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, voces noſtras cleméntia tuæ propitiatiônis antícipet. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Tunc diſtans ab Altari congruenti ſpatio genuflexus, & ſe ſignans, dicit: D eus in adiutôrium meum inténde. & ſtatim ſurgit, Conuentu reſpon-

dente: D ómine ad adiuuándum me feſtina: ipſe verò ſtans dicit: G lória Patri, & Fílio, & Spirítui Sancto Chorus reſpondet: S icut erat in princípio, &c. Poſteà Sacerdos dicit: O rémus. F lectâmus génua. L euâte.

Oratio.

O Mnípotens, & miſéricors Deus, qui Sacerdótibus tuis tantam præ cęteris grátiā contulîſti, vt quidquid in tuo Nómine dignè perfécteque ab eis ágitur, à te fieri credâtur: quæſumus imménſam cleméntiam tuam, vt quidquid modò viſitatúri ſumus, víſites; & quidquid benedictúri ſumus, bene✠dícas, ſitque ad noſtræ humilitátis intróitum, Sanctôrum tuôrum méritis, fúga dæmonum, Angeli pacis ingrêſſus. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium tuum, &c.

His dictis inchoat Antiphonam: B enedîc Dómine domum iſtam Nómini tuo ædificâtam. cum tribus Pſalmis ſequentibus, videlicet:

Pſalmus 119.

A D Dóminum cùm tribulârer clamâui: & exaudîuit me.

D ómine líbera ánimam meam à lábijs iníquis: & à lingua dolôſa.

Q uid detur tibi, aut quid apponâtur tibi: ad linguam dolôſam?

S agíttæ poténtis accútæ: cum carbónibus deſolatórijs.

H eu mihi, quia incolâtus meus prolongâtus eſt,

habitâui cum habitántibus Cedâr: multùm incola fuit ánima mea.

C ùm his, qui odêrunt pacem, eram pacíficus: cùm loquêbar illis, impugnábant me gratis.

G lória Patri, &c. Pſalmus 120.

L Euâui oculos meos in montes: vnde véniet auxílium mihi.

A uxílium meum à Dómino: qui fecit cœlum, & terram.

N on det in commotiônem pedem tuum: neque dormîtet qui cuſtódit te.

E cce non dormitâbit, neque dórmiet: qui cuſtódit Iſraël.

D óminus cuſtódit te, Dóminus protéctio tua: ſuper manum déxteram tuam.

P er diem ſol non vret te: neque luna per noctem.

D óminus cuſtódit te ab omni malo: cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

D óminus cuſtódiat introítum tuum, & éxitum tuum: ex hoc nunc, & vſque in ſæculùm.

G lória Patri, &c. Pſalmus 121.

L Ætâtus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Dómini íbimus.

S tantes erant pedes noſtri: in átrijs tuis Ieruſalêm.

I eruſalêm, quæ ædificâtur vt ciuitas: cuius participatio eius in idípſum.

I lluc enim aſcendêrunt tribus, tribus Dómini: teſtimónium Iſraël ad confitédum Nómini Dñi.

Quia illic ſedérunt ſedes in iudício: ſedes ſuper domum Dauid.
Rogâte quæ ad pacem ſunt Ieruſalêm: & abundántia diligéntibus te.
Fiat pax in virtûte tua:& abũdãntia in túrrib⁹ tuis.
Propter fratres meos,& próximos meos:loquêbar pacem de te.
Propter domum Dómini Dei noſtri: quæſiui bona tibi.
Glôria Patri,&c.
Añа. Benedîc Dómine domum iſtam Nómini tuo ædificâtam.

Interim aſpergit interiùs parietes in parte ſuperiori, & inferiori, inchoans aſperſionem à parte Euangelij,dicens: **Aſpérges me Dómine,&c.** tunc ad Altare reuerſus,dicit: **Orêmus. Flectâmus genua. Leuâte.**

DEus,qui loca Nómini tuo dicánda ſanctíficas, effúnde ſuper hanc oratiônis domum grátiam tuam: vt ab omnibus hîc Nómen tuum inuocántibus auxílium tuæ miſericórdiæ ſentiâtur. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum,&c.

His peractis dicitur Miſſa de tempore occurrenti,vel de Sancto.

Eccleſia verò quamuis à ſimplici Sacerdote, vt ſuprà, ſit benedicta, ab Epiſcopo tamen conſecranda eſt.

Ritus reconciliandi Eccleſiam violatam, ſi nondum erat ab Epiſcopo conſecrata.

¶ IX.

Eccleſiæ violatæ, vel per ſanguinis, vel per ſeminis effuſionem, reconciliatio per Sacerdotem à Prælato deſignatum, fiat hoc modo. Altare Eccleſiæ omnino nudetur, prouideaturque, vt Eccleſia poſsit liberè circumiri, tam exteriùs, quàm interiùs, ſi fieri poteſt. Paretur vaſculum cum aqua benedicta, & aſperſorium de herba hyſſopo factum. Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, ſtola, & pluuiali albo, adhibitis aliquot Fratribus Sacerdotibus, procedit ad primariam Eccleſiæ portã, vbi ſtans Antiphonam incipit, reliquis proſequentibus: A ſpérges me Dómine hyſſópo, & mundâbor: lauâbis me, & ſuper niuem dealbâbor. Pſal. Miſerére mei Deus. totus cum Glória Patri. Quo finito, Antiphona repetitur. Interim dùm Antiphona, & Pſalmus dicuntur, Sacerdos cum aqua benedicta aſpergit in circuitu extrinſecus Eccleſiam, & Cœmeterium, ſimul aſpergendo alternatim ad parietes Eccleſiæ, ad terram Cœmeterij, præſertim ad loca contaminata. Quo facto, redit ad locum, vbi incepit aſpergere, & ſtans dicit.

Orêmus

Omnípotens, & miſéricors Deus, qui Sacerdótibus tuis, vt ſuprà §. præcedenti. Qua finita

finita omnes intrant Eccleſiam Litanias recitantes, vt in eodem §. notatur, cùm aûtem peruenerint ad Altare maius, genuflectũt: cumque dictum fuerit: V t ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ętérnam, &c. ℟. T e rogâmus audi nos. Sacerdos ſurgit, & clara voce dicit: V t hanc Eccléſiam, Altâre hoc, & Cœmetérium purgâre ✠ & reconciliâre dignêris, T e rogâmus, &c.

Quibus dictis rurſus genuflectit, & Litaniæ perficiuntur. Quibus finitis, Sacerdos verſus ad dictũ Altare dicit: O rêmus. Flectâmus génua. L euâte.

PRæuêniat nos, quæſum⁹ Dómine, miſericórdia tua, & intercedentibus ómnibus Sanctis tuis, voces noſtras cleméntia tuæ propitiatiônis antícipet. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde Sacerdos genuflectit ante Altare, & ſe ſigno Crucis muniens, clara voce dicit: D eus in adiutórium meum inténde. Tunc ſurgit, & aſtantes reſpondent: D ómine ad adiuuândum me feſtína. Et Sacerdos ſtans dicit: G lória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. ℟. S icut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculôrum. Amen. Quo dicto, Sacerdos inchoat, cæteris proſequentibus, Antiphonam. E xúrgat Deus, & diſſipéntur inímici eius, & fúgiant qui odêrunt eũ à facie eius. Pſalm. I n Eccléſijs benedícite Deo Dómino: de fóntibus Iſraël.

Antiphona Exurgat,&c.

I bi Beniamîn adoleſcéntulus:in mentis excêſſu.

Antiphona Exurgat,&c.

P ríncipes Iudâ,duces eorum: Príncipes Zabulôn, Príncipes Nephthalî.

Antiphona Exurgat,&c.

Manda Deus virtûti tuę confirma hoc Deus, quod operâtus es in nobis.

Antiphona Exurgat,&c.

A templo ſancto tuo in Ieruſalêm: tibi ófferẽt Reges múnera. Antiphona Exurgat,&c.

I ncrepa feras arúndinis, congregátio taurôrum in vaccis populôrum: vt exclúdant eos, qui probâti ſunt argénto.

Antiphona Exurgat,&c.

D íſsipa gentes,quæ bella volunt;vénient legâti ex Ægypto: Æthiópia præuéniet manus eius Deo.

Antiphona Exurgat,&c.

R egna terræ cantâte Deo:pſállite Dómino.

Antiphona Exurgat,&c.

P ſállite Deo, qui aſcéndit ſuper cœlum cœli: ad Oriéntem. Antiphona Exurgat,&c.

E cce dabit voci ſuę vocẽ virtûtis,date glóriã Deo ſuper Iſraël: magnificéntia eius, & virtus eius in núbibus. Antiphona Exurgat,&c.

M irábilis Deus in Sanctis ſuis,Deus Iſaël, ipſe dabit virtûtem,& fortitúdinem plebi ſuæ:benedíctus Deus. Et non dicitur, Glória Patri. ſed Antipho-

na repetitur. Interim dum Antiphona, & Pſalmus prædicti dicuntur, Sacerdos circuit Eccleſiam intrinſecus aſpergendo: aſpergit etiam ſpecialiter loca contaminata: quo facto, ſtans in Presbyterio verſus ad Altare dicit:

Deus, qui in omni loco dominatiônis tuæ clemens, & benîgnus purificâtor aſsîſtis; exáudi nos, quæſumus, & concêde, vt in póſterum inuiolábilis huius loci permáneat benedîctio; & tui múneris beneficia, vniuérſitas fidélium, quæ ſúpplicat, percípere mereâtur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde dicitur Miſſa de die occurrenti.

Simplex Sacerdos, tantùm ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ, poteſt Eccleſiam ab Epiſcopo conſecratam reconciliare.

Benedictio aquæ ſancti Alberti.

§ X.

Cum iam apud populum Beati Alberti, noſtri ſacri Ordinis illuſtris Confeſſoris magna ſit deuotio, eò, quòd multi, qui à febribus vexabantur, aquam in eiuſdem honorem benedictam deguſtantes, ſæpiùs fuerint à languoribus liberati. Idcircò in noſtris Monaſterijs, vbi prædicti ſancti Reliquiæ fuerint, fiet aqua benedictio in hac forma. Sacerdos indutus alba, & ſtola, vel ſaltem ſtola ad collum ſuper cappā impoſita, miniſtro eum accenſa candela comitante, accedens ad locum vbi Reliquiæ ſunt repoſitæ, extrahit illas

reue-

reuerenter, & aqua benedicenda in vaſe decenti præparata, dicit:

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Sit Nómen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus:

Fidélium Deus ómnium fortitúdo, & ſalus, qui ſocrum beáti Petri Apóſtoli tui fébribus magnis deténtam, pio rogatiônis intúitu perféctè ſanáſti, ſancti ✠ficáre, & bene ✠dícere dignêris creatúram hanc aquæ in tuo ſanctiſsimo Nómine, & Reliquijs ſanctíſsimi Confeſſóris tui Albérti, quem ſpreto ſæculo, ad Almæ Genitrîcis tuæ Vírginis Maríæ Religiônem vocâre dignâtus es: concêde quæſumus, eius glorióſis méritis, & intercesſiónibus, vt quicúmque fébrium vexatiône grauántur, per huius ſumptiônem húmilem à cunctis animæ, & córporis languóribus liberéntur, atque Eccléſiæ tuæ incólumes repræſentâri mereántur, gratiârum tibi actiônes in ea iúgiter referéntes. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculôrum.
℟. Amen.

Deinde immergit Reliquias ter in aqua in modum Crucis ſimul, & ſemel dicens:

Bene ✠ dîc Dómine, méritis ſancti Albérti creatûram hanc aquæ, ✠qui glorióſo tuo córpo-

re benedixîſti aquas Iordânis, ✠& præſta; vt omnes guſtántes ex ea tam córporis, quàm ánimæ recípiant ſanitâtem. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitâte Spíritus ſancti Deus, per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Antiphona.

O Albérte norma mundítiæ, puritâtis, & continéntiæ, ora Matrem miſericórdiæ, vt in hac valle miſériæ nos deféndat ab omni labe: vt exûto mortâli córpore, perfruâmur æterna réquie.

℣. Ora pro nobis Beáte Albérte.

℟. Vt digni efficiâmur promiſsiónibus Chriſti.

Orêmus.

COncêde quæſumus, Omnípotens Deus, vt per virtûtem benedictiônis huius aquæ, & per méritum Paſsiônis Dómini noſtri IeſuChriſti, & per interceſsiônem Beátæ Marîæ Vírginis, Beáti Albérti, & ómnium Sanctôrum, omnes fidéles, qui piè, & deuôtè aquã iſtam guſtáuerint, ánimæ, & córporis ſanitâtẽ váleant recípere, & in tuo ſancto ſeruítio permanêre. Per Chriſtũ, &c. ℟. Amẽ.

Benedictio mulieris poſt partum.

¶ XI.

SAcerdos benedicturus vtatur ſtola ſuper cappam, quando puerpera poſt partum ad Eccleſiã gratias actura pro incolumitate ſua venerit. Quę ſi petierit à Sacerdote benedictionẽ; ipſam ante Altare genuflexã benedicat in hunc modum.

Antiphona. A nima mea illi viuet,& ſemen meum ſéruiet ipſi. Pſal. 116.

L audâte Dóminum omnes gentes: laudâte eum omnes pópuli.

Q uóniam confirmâta eſt ſuper nos miſericórdia eius:& véritas Dómini manet in ætérnum.

G lória Patri,& Fílio,& Spíritui ſancto.

S icut erat in princípio,&c.

Et repetitur Aña. A nima mea illi viuet,& ſemen meum ſéruiet ipſi.

K yrie eléiſon. C hriſte eléiſon. K yrie eléiſon.

P ater noſter.

℣. E t ne nos indúcas in tentatiônem.
℟. S ed líbera nos à malo.
℣. S aluam facáncillam tuam.
℟. D eus meus ſperántem in te.
℣. M itte ei Dómine auxílium de Sancto.
℟. E t de Sion tuêre eam.
℣. E ſto ei Dómine turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. D ómine exáudi oratiônem meam.
℟. E t clamor meus ad te véniat.
℣. D óminus vobíſcum.
℟. E t cum Spíritu tuo. O rêmus.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui per Beátæ Vírginis partum fidélium pariéntiũ dolôres in gáudium conuertíſti; concêde propítius: vt hæc fámula tua, quæ te fœcunditâtis ſuæ auctô-

rem,

rem, & ſeruatôrem læta cognôuit, eiuſdem Beátæ Marîæ meritis, & interceſsiône, ad ætérnæ Beatitúdinis gáudia, vnà cum prole ſua, peruenîre mereâtur. Per Chriſtũ Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde, Confeſsione generali præmiſſa, aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio agrorum, vt ab eis locuſtæ, bruchi, & alia animalia noxia expellantur.

¶ XII.

SAcerdos indutus cappa, & ſtola violacei coloris veniens ad agrum, vbi ſunt locuſtæ, bruchi, vel alia animalia noxia, dicat:

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum, & terram.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

PReces noſtras, quæſumus Dómine, cleménter exáudi, vt qui iuſtè pro peccâtis noſtris afflígimur, & hanc vérmium, ſeu múrium, aut locuſtárũ, vel aliôrum animálium calamitâtem pátimur: pro tui Nóminis glória, ab ea misericórditer liberêmur; vt per poténtiam tuam expúlſa, nulli nóceant, & hos agros, víneas, aut aquas intáctas dimíttant: quatenus, quæ ex eis orta fúerint, tuæ Maieſtâti deſéruiant, & noſtræ neceſsitâti ſubueniât. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orêmus.

OMnípotés ſempitérne Deus bonôrum ómnium áuctor, & conſeruâtor, in cuius Nómine omne genu fléctitur cœléſtium, terréſtrium, & infernôrum; concêde, vt quòd de tua miſericórdia confiſi ágimus, per tuam grátiam, efficâcem conſequâtur effé&tum, quátenus hos vermes, mures, aues, locúſtas, aut alia animália noxía ſegregándo ſégreges; exterminándo extérmines: vt ab iſta calamitáte liberáti, grátiarum actiônes Maieſtâti tuæ referâmus. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orêmus.

DEus, qui famulôrũ tuôrum Móyſi, & Aarônis miniſtério, ab Ægyptis, pro glória Nóminis tui, locúſtas, bruchos, cíniphes, aliaſque plagas (ſcílicet, iuſtítiæ tuæ in peccatôres flagélla) auertîſti, à fílijs quoque Iſraël prohibuîſti: à pópulo in te crédente ſímiles calamitâtes aufer, vt poténtiam tuam, & beneficéntiam prædicêmus. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amẽ.

Orêmus.

LArgîre, & conſérua fructus terræ, Dómine Deus noſter; vt tẽporálibus gaudeâmus auxilijs, & proficiâmus ſpirituálibus increméntis. Per Chriſtum Dñm, &c. ℟. Amen.

Orêmus.

ORâmus te, Dñe Deus noſter, vt hos agros, aut víneas ſerénis oculis, hilaríque vultu reſpícere dignêris; tuamq; ſuper eos, vel eas mitte

bene ✠ dictiónem;vt non grando ſubripiat, non turbo ſubuêrtat,non vis tempeſtâtis detrúncet, nō æſtus exûrat,non animália nóxia corródāt, neque inundátio plúuiæ extérminet; ſed fructus incólumes, vbereſq; vſui noſtro ad plenam maturitâtem perdûcas.Per Chriſtum Dn̄m noſtrum. ℞. Amen.

Aſpergat agros,ſeu víneas aqua benedicta in modum Crucis, dicēs: Benedíctio Dei Patris Omnipoténtis; & Filij, ✠ & Spíritus ſancti deſcéndat, & máneat ſuper hos agros, aut vineas, & eôrum fructus. ℞. Amen.

Benedictio pro aquis inféctis.

¶ XIII.

℣. Dóminus vobíſcum.

℞. Et cum Spíritu tuo.

℣. Sequéntia S.Euāgélij ſecúndùm Matthæū.

℞. Glória tibi Dómine.

IN illo témpore venit Ieſus à Galilæa in Iórdanem ad Ioánnē,vt baptizâretur ab eo. Ioánnes autē prohibébat eum,dícēs: Ego à te débeo baptizâri,& tu venis ad me? Reſpóndens autem Ieſus dixit ei: Sine modò; ſic enim decet nos implêre ómnem iuſtítiam. Tunc dimíſit eum. Baptizâtus autem Ieſus confeſtim aſcéndit de aqua, & ecce apérti ſunt ei cœli: & vidit Spíritū Dei deſcéndentem ſicut colúmbam, & veniéntem ſuper ſe: & ecce vox de cęlis dicēs:Hîc eſt Filius meus diléctus, in quo mihi benè cōplácui. ℞. Laus tibi Chriſte.

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum,& terram.

℣. Dóminus vobiſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Domine Ieſu Chriſte, qui Iordânis flumen benedixîſti, & in eodem baptizâtus aquas purificâſti,vt eleméntum ſalûbre efficerétur in remiſsiônem peccatôrum:has aquas bene✠dícere, & ſancti ✠ ficâre dignêris, vt nihil in eis nóxium,nihil péſtilens,nihil corrúmpens máneat: ſed ómnia pura, & nuda in eis efficiántur, vt quæ ad vſum hóminum ex eis creâta ſunt, cum glória tua,& ſalûte noſtra ſumâmus; Qui viuis,& regnas cũ Deo Patre, in vnitâte Spíritus ſancti Deus,&c.

℟. Amẽ. Deinde aſpergãtur aquę in modũ Crucis.

Benedictio pro animalibus infirmantibus.

¶ XIIII.

Primò anímalia infirmantia aſpergãtur aqua benedicta. Mox Sacerdos dicat:

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum,& terram.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Mifericórdiã tuã,Dñe, ſúpplices exorâmus, vt hęc animália,quæ graui infirmitâte vexántur,tua benedictiône ſanéntur: extinguâtur in eis omnis diabólica potéſtas, neq; vltérius ægrótẽt:eſto eis Dñe vitę defénſio,& remediũ ſanitâtis.

D eus.

Deus,qui labóribus hóminũ etiam de mutis animalibus ſolátia ſubrogâſti : ſúpplices te rogâmus, vt ſine quibus non álitur humâna cónditio, noſtris fácias vſibus non perîre. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen. Et aſpergantur iterum.

CAPVT SECVNDVM.

De Indutione Nouitiorum.

CVM aliquis mundo renuntiare cupiens, noſtri ſacri Ordinis habitu induendus fuerit: Magiſter nouitiorum illum ſæcularibus indumentis exuit, ac tunica griſei coloris induit, de petendiſque, & agendis inſtruit. Deinde pulſatâ campanâ Capituli, Fratres in cappis libros proceſſionarios deferentes conueniant in Chorum, vel in Eccleſiam. Quibus per ordinem ſedentibus, ſæcularis induendus à Magiſtro nouitiorum, ac alio ex dignioribus ducatur cum ſandalijs incedens, raſo, tonſoque capite, aliqua que ſæculari veſte honeſta ſuper indutus, portans in manibus habitum recipiendum, cũ cappa, & cæteris, quibus eſt induendus: quæ omnia deponit, & ſe proſternit ad pedes

Prioris, vel Præſidentis, qui ſedet in ſuperiori gradu Altaris ad latus Euangelij, cum ſtola alba ad collum, habens à dextris vas aquæ benedictæ.

Poſt hæc, illum erigi iubens, hoc modo interroget: Quid petis? Cui ille genuflexus reſpondit: Miſericórdiam Dei: Paupertâtem Ordinis: Fratrumq́ue ſocietâtem.

Tunc Prior, quid poſtulauerit, quanta ſit huiuſmodi petitio, de laboribus, & auſteritate Ordinis, ac de mutatione morum, & perſeuerantia breui exhortatione illum admoneat. Qua finita, quærat ab eo apertè coram omnibus.

AN ſponte, & ex proprio motu, animo ſeruiēdi Deo, & cum propoſito perſeuerándi veniat ad Religiônem? Cui ille reſpondebit: vtique, Dei miſericórdia.

Deinde Prior cum omnibus ſurgēs, dicat: Deus, qui te incœpit in nobis, ipſe te perficiat. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Exuenſque illum ſæculari, qua opertus eſt, veſte, dicat: Exuat te Dóminus véterem hóminem cum áctibus ſuis. Deinde ſtantibus omnibus Fratribus, genuflexoque Nouitio induendo, ſtans dicat:

℣. Dómine Deus virtûtum conuérte nos.
℟. Et oſténde faciem tuam, & ſalui érimus.
℣. Dóminus vobíſcum, &c. Orémus.

DOmine Ieſu Chriſte, ætérni Patris vnigénite, qui noſtræ mortalitâtis tégumen in Bea-

tæ,& intemerâtæ Vírginis Marîæ vtero indúere,& ũdum peccâtis inueterâtum, per tuæ Incarnatiô-s myſtérium renouâre dignâtus es: te ſupplices :orámus, vt intercedénte ipſa tua Genitríce Ma-a,huius ſanctæ Religiônis Patrôna præcípua, hic .mulus tuus in ſpíritu mentis ſuæ renouâtus, vé-:rem hóminem cum actibus ſuis éxuat,& nouum óminem,qui ſecúndùm Deum creâtus eſt,indúe-: mereâtur: Qui viuis,& regnas in ſæcula ſæculô-ım. ℟. Amen.

Poſt hæc ſtatim cum duobus Fratribus illum no-tri ſacri Ordinis habitu induat: tunicamq́ue ſupe-iorem imponendo,dicat:

INduat te Dóminus nouum hóminem, qui ſe-cúndũ Deũ creâtus eſt, in iuſtítia, & ſanctitâte eritâtis. In Nómine Patris, ✠& Fílij,& Spíritus ſancti. ℟. Amen. Mox præcingat eum corrigia dicens: Cùm eſſes Iúnior cingébas te, & ambu-lâbas vbi volébas: cùm autem ſenúeris, alius te cinget. In Nómine Patris,& Fílij, ✠Spíritus ſan-cti. ℟. Amen.

Imponens illi ſcapulare,& caputiũ,dicat: Tolle iugum Chriſti ſuâue,& onus eius leue. In Nómine Patris, ✠& Fílij, &c. Vltimò imponit illi cappã dicens: Qui ſequúntur Agnũ ſine mácula, ambu-lábunt cum eo in albis; ideo ſint ſemper tua veſti-ménta cándida, in ſignum intérnæ puritâtis. In Nómine Patris, ✠& Fílij,&c. ℟. Amen.

reuerenter, & aqua benedicenda in vaſe decenti præparata, dicit:

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Sit Nómen Dómini benedíctum.
℟. Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus:

FIdélium Deus ómnium fortitúdo, & ſalus, qui ſocrum beáti Petri Apóſtoli tui fébribus magnis deténtam, pio rogatiônis intúitu perféctè ſanâſti, ſancti ✠ ficâre, & bene ✠ dícere dignêris creatúram hanc aquæ in tuo ſanctiſsimo Nómine, & Reliquijs ſanctíſsimi Confeſſóris tui Albérti, quem ſpreto ſæculo, ad Almæ Genitrîcis tuæ Vírginis Marîæ Religiônem vocâre dignâtus es: concêde quæſumus, eius glorióſis méritis, & intercesſiónibus, vt quicúmque fébrium vexatiône grauántur, per huius ſumptiônem húmilem à cunctis animæ, & córporis languóribus liberéntur, atque Ecclésiæ tuæ incólumes repræſentâri mereántur, gratiârum tibi actiônes in ea iúgiter referéntes. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculôrum.
℟. Amen.

Deinde immergit Reliquias ter in aqua in modum Crucis ſimul, & ſemel dicens:

Bene ✠ dîc Dómine, méritis ſancti Albérti creatûram hanc aquæ, ✠ qui gloriôſo tuo córpo-

re benedixíſti aquas Iordânis, ✠& præſta; vt omnes guſtántes ex ea tam córporis, quàm ánimæ recípiant ſanitâtem. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitâte Spíritus ſancti Deus, per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Antiphona.

O Albérte norma mundítiæ, puritâtis, & continéntiæ, ora Matrem miſericórdiæ, vt in hac valle miſériæ nos deféndat ab omni labe: vt exûto mortâli córpore, perfruâmur æterna réquie.

℣. Ora pro nobis Beáte Albérte.

℟. Vt digni efficiâmur promiſsiónibus Chriſti.

Orêmus.

COncêde quæſumus, Omnípotens Deus, vt per virtûtem benedictiônis huius aquæ, & per méritum Paſsiônis Dómini noſtri IeſuChriſti, & per interceſsiônem Beátæ Marîæ Vírginis, Beáti Albérti, & ómnium Sanctôrum, omnes fidéles, qui piè, & deuôtè aquã iſtam guſtáuerint, ánimæ, & córporis ſanitâtẽ váleant recípere, & in tuo ſancto ſeruítio permanêre. Per Chriſtũ, &c. ℟. Amẽ.

Benedictio mulieris poſt partum.

¶ XI.

SAcerdos benedicturus vtatur ſtola ſuper cappam, quando puerpera poſt partum ad Eccleſiã gratias actura pro incolumitate ſua venerit. Quę ſi petierit à Sacerdote benedictionẽ; ipſam ante Altare genuflexã benedicat in hunc modum.

Antiphona. Anima mea illi viuet,& ſemen meum ſéruiet ipſi. Pſal. 116.

Laudâte Dóminum omnes gentes: laudâte eum omnes pópuli.

Quóniam confirmâta eſt ſuper nos miſericórdia eius:& véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri,& Fílio,& Spíritui ſancto.

Sicut erat in princípio,&c.

Et repetitur Aña. Anima mea illi viuet,& ſemen meum ſéruiet ipſi.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Saluam facáncillam tuam.
℟. Deus meus ſperántem in te.
℣. Mitte ei Dómine auxílium de Sancto.
℟. Et de Sion tuêre eam.
℣. Eſto ei Dômine turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Omnípotens ſempitérne Deus, qui per Beátæ Vírginis partum fidélium pariéntiũ dolôres in gáudium conuertîſti; concêde propítius: vt hæc famula tua, quæ te fœcunditâtis ſuæ auctô-

rem, & ſeruatôrem læta cognôuit, eiuſdem Beátæ Marîæ méritis, & interceſsiône, ad ætérnæ Beatitúdinis gáudia, vnà cum prole ſua, peruenîre mereâtur. Per Chriſtũ Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde, Confeſsione generali præmiſſa, aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio agrorum, vt ab eis locuſtæ, bruchi, & alia animalia noxia expellantur.

¶ XII.

SAcerdos indutus cappa, & ſtola violacei coloris veniens ad agrum, vbi ſunt locuſtæ, bruchi, vel alia animalia noxia, dicat:

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum, & terram.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

PReces noſtras, quæſumus Dómine, clemén- ter exáudi, vt qui iuſtè pro peccâtis noſtris afflígimur, & hanc vérmium, ſeu múrium, aut locuſtârũ, vel aliôrum animálium calamitâtem pátimur: pro tui Nóminis glória, ab ea miſericórditer liberêmur; vt per poténtiam tuam expúlſa, nulli nóceant, & hos agros, víneas, aut aquas intáctas dimíttant: quatenus, quæ ex eis orta fúerint, tuæ Maieſtâti deſéruiant, & noſtræ neceſsitâti ſubuéniât. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orêmus.

OMnípotẽs ſempitérne Deus bonôrum ómnium áuctor, & conſeruâtor, in cuius Nómine omne genu fléctitur cœléſtium, terréſtrium, & infernôrum; concêde, vt quòd de tua miſericórdia confiſi ágimus, per tuam grátiam, efficâcem conſequâtur efféctum, quátenus hos vermes, mures, aues, locúſtas, aut alia animália noxía ſegregándo ſégreges; exterminándo extérmines: vt ab iſta calamitáte liberáti, grátiarum actiônes Maieſtâti tuæ referâmus. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orêmus.

DEus, qui famulôrũ tuôrum Móyſi, & Aarônis miniſtério, ab Ægyptis, pro glória Nóminis tui, locúſtas, bruchos, cíniphes, aliaſque plagas (ſcílicet, iuſtítiæ tuæ in peccatôres flagélla) auertíſti, à filijs quoque Iſraël prohibuíſti: à pópulo in te crédente ſímiles calamitâtes aufer, vt poténtiam tuam, & beneficéntiam prædicêmus. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amẽ.

Orêmus.

LArgîre, & conſérua fructus terræ, Dómine Deus noſter; vt tẽporálibus gaudeâmus auxílijs, & proficiâmus ſpirituálibus increméntis. Per Chriſtum Dñm, &c. ℟. Amen.

Orêmus.

ORâmus te, Dñe Deus noſter, vt hos agros, aut víneas ſerénis oculis, hilaríque vultu reſpícere dignêris; tuamq; ſuper eos, vel eas mitte

bene ✠ dictiónem; vt non grando ſubrípiat, non turbo ſubuêrtat, non vis tempeſtâtis detrúncet, nõ æſtus exûrat, non animália nóxia corródãt, neque inundátio pluuíæ extérminet; ſed fructus incólumes, vbereſq; vſui noſtro ad plenam maturitâtem perdûcas. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

Aſpergat agros, ſeu víneas aqua benedicta in modum Crucis, dicẽs: Benedíctio Dei Patris Omnipoténtis; & Fílij, ✠ & Spíritus ſancti deſcéndat, & máneat ſuper hos agros, aut víneas, & eôrum fructus. ℟. Amen.

Benedictio pro aquis infectis.

¶ XIII.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

℣. Sequéntia S. Euãgélij ſecúndùm Matthæũ.

℟. Glória tibi Dómine.

IN illo témpore venit Ieſus à Galilæa in Iórdanem ad Ioánnẽ, vt baptizâretur ab eo. Ioannes autẽ prohibébat eum, dicẽs: Ego à te débeo baptizâri, & tu venis ad me? Reſpóndens autem Ieſus dixit ei: Sine modò, ſic enim decet nos implêre ómnem iuſtítiam. Tunc dimíſit eum. Baptizâtus autem Ieſus confeſtim aſcéndit de aqua, & ecce apérti ſunt ei cœli: & vidit Spíritũ Dei deſcendentem ſicut colúmbam, & veniéntem ſuper ſe: & ecce vox de cęlis dicẽs: Hic eſt Fílius meus diléctus, in quo mihi benè cõplácui. ℟. Laus tibi Chriſte.

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum,& terram.
℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui Iordânis flumen benedixîſti, & in eodem baptizâtus aquas purificâſti, vt eleméntum ſalûbre efficerétur in remiſsiônem peccatôrum: has aquas bene✠dicere, & ſancti✠ficâre dignêris, vt nihil in eis nóxium, nihil péſtilens, nihil corrúmpens máneat: ſed ómnia pura, & nuda in eis efficiántur, vt quæ ad vſum hóminum ex eis creâta ſunt, cum glória tua, & ſalûte noſtra ſumâmus; Qui viuis, & regnas cũ Deo Patre, in vnitâte Spíritus ſancti Deus, &c.
℟. Amẽ. Deinde aſpergãtur aquę in modũ Crucis.

Benedictio pro animalibus infirmantibus.

¶ XIIII.

PRrimò animalia infirmantia aſpergantur aqua benedicta. Mox Sacerdos dicat:

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum,& terram.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

MIſericórdiã tuã, Dñe, ſupplices exorâmus, vt hęc animália, quæ graui infirmitâte vexántur, tua benedictiône ſanéntur: extinguâtur in eis omnis diabólica potéſtas, neq; vltérius ægrótẽt: eſto eis Dñe vitę defénſio, & remediũ ſanitâtis.

D eus.

DEus,qui labóribus hóminũ etiam de mutis animálibus ſolátia ſubrogâſti: ſúpplices te rogâmus, vt ſine quibus non álitur humâna cónditio, noſtris fácias vſibus non perîre. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen. Et aſpergantur iterum.

CAPVT SECVNDVM.

De Indutione Nouitiorum.

CVM aliquis mundo renuntiare cupiens, noſtri ſacri Ordinis habitu induendus fuerit: Magiſter nouitiorum illum ſæcularibus indumentis exuit, ac tunica griſei coloris induit, de petendiſque, & agendis inſtruit. Deinde pulſatâ campanâ Capituli, Fratres in cappis libros proceſſionarios deferentes conueniant in Chorum, vel in Eccleſiam. Quibus per ordinem ſedentibus, ſæcularis induendus à Magiſtro nouitiorum, ac alio ex dignioribus ducatur cum ſandalijs incedens, raſo, tonſoque capite, aliqua que ſæculari veſte honeſta ſuper indutus, portans in manibus habitum recipiendum, cũ cappa, & cæteris, quibus eſt induendus: quæ omnia deponit, & ſe proſternit ad pedes

Prioris,vel Pręſidentis,qui ſedet in ſuperiori gradu Altaris ad latus Euangelij, cum ſtola alba ad collum,habens à dextris vas aquæ benedictæ.

Poſt hæc, illum erigi iubens, hoc modo interrogat: Quid petis? Cui ille genuflexus reſpondit: Miſericórdiam Dei: Paupertâtem Ordinis: Fratrumq́ue ſocietâtem.

Tunc Prior,quid poſtulauerit, quanta ſit huiuſmodi petitio,de laboribus, & auſteritate Ordinis, ac de mutatione morum, & perſeuerantia breui exhortatione illum admoneat. Qua finita,quærat ab eo apertè coram omnibus.

AN ſponte,& ex proprio motu,animo ſeruiēdi Deo, & cum propoſito perſeuerándi veniat ad Religiônem? Cui ille reſpondebit: vtique, Dei miſericordia.

Deinde Prior cum omnibus ſurgēs,dicat: Deus, qui te incœpit in nobis,ipſe te perficiat. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Exuenſq́ue illum ſæculari,qua opertus eſt, veſte, dicat: Exuat te Dóminus véterem hóminem cum áctibus ſuis. Deinde ſtantibus omnibus Fratribus, genuflexoq́ue Nouitio induendo,ſtans dicat:

℣. Dómine Deus virtûtum conuérte nos.

℟. Et oſténde faciem tuam,& ſalui érimus.

℣. Dóminus vobíſcum,&c. Orêmus.

DOmine Ieſu Chriſte, ætérni Patris vnigénite,qui noſtræ mortalitâtis tégumen in Beatæ

tæ,& intemerâtæ Vírginis Marîæ vtero indúere,& mũdum peccâtis inueterâtum, per tuæ Incarnatiônis myſtérium renouâre dignâtus es: te ſupplices exorámus, vt intercedénte ipſa tua Genitrîce Marîa,huius ſanctæ Religiônis Patrôna præcipua, hic fámulus tuus in ſpíritu mentis ſuæ renouâtus, véterem hóminem cum actibus ſuis éxuat,& nouum hóminem,qui ſecúndùm Deum creâtus eſt,indúere mereâtur: Qui viuis,& regnas in ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Poſt hæc ſtatim cum duobus Fratribus illum noſtri ſacri Ordinis habitu induat: tunicamque ſuperiorem imponendo,dicat:

INduat te Dóminus nouum hóminem, qui ſecúndũ Deũ creâtus eſt, in iuſtítia, & ſanctitâte veritâtis. In Nómine Patris, ✠& Fílij,& Spíritus ſancti. ℟. Amen. Mox præcingat eum corrigia dicens: Cùm eſſes Iúnior cingébas te, & ambulâbas vbi volébas: cùm autem ſenúeris, alius te cinget. In Nómine Patris,& Fílij, ✠Spíritus ſancti. ℟. Amen.

Imponens illi ſcapulare,& caputiũ,dicat: Tolle iugum Chriſti ſuâue,& onus eius leue. In Nómine Patris, ✠& Fílij, &c. Vltimò imponit illi cappã, dicens: Qui ſequúntur Agnũ ſine mácula, ambulábunt cum eo in albis; ideo ſint ſemper tua veſtiménta cándida, in ſignum intérnæ puritâtis. In Nómine Patris, ✠& Fílij,&c. ℟. Amen.

His peractis, nouiter indutum genuflexum, capiteque aliquantum inclinato remanentem Prior aſpergat aqua benedicta, qui cum omnibus genuflectens, incipit Hymnum: Veni Creator Spiritus, &c. Quem Conuentus proſequitur, & dicto primo verſu ſurgunt, & ſtante Priore ad cornu Euangelij, in ſuperiori gradu Altaris, Nouitius infrà gradus Altaris ſe proſternat, aſsiſtétibus eidem, Magiſtro nouitiorum, & alio Fratre; altero à dextris, altero à ſiniſtris.

HYMNVS.

Veni Creâtor Spíritus,
Mentes tuôrum víſita:
Imple ſupérna grátia,
Quæ tu creâſti péctora.
Qui Paráclitus díceris,
Donum Dei Altíſsimi,
Fons viuus, ignis, cháritas,
Et ſpiritális vnctio.
Tu ſeptifórmis múnere,
Dextræ Dei tu dígitus:
Tu ritè promiſſum Patris,
Sermône ditans gúttura.
Accénde lumen ſénſibus,
Infúnde amôrem córdibus,
Infírma noſtri córporis
Virtûte firmans pérpeti.

Ho-

H oſtem repêllas lóngius,
Pacémque dones prótinus,
Ductôre ſic te præuió
Vitêmus omne nóxium.
P er te ſciâmus da Patrem,
Noſcâmus atque Fílium;
Te vtriúſque Spíritum
Credâmus omni témpore.
G lória Patri Dómino,
Natoque, qui à mórtuis
Surrêxit, ac Paráclito
In ſæculôrum ſæcula. Amen.

Finito Hymno, permanente adhuc Nouitio proſtrato, Cãtor dicat: K yrie eléiſon Et Conuentus: Chriſte eléiſon Kyrie eléiſon. Pater noſter.

℣. E t ne nos indûcas in tentatiônem.
℟. S ed líbera nos à malo.
℣. M anda Deus virtûti tuæ.
℟. C õfírma hoc Deus, quod operâtus es in eo.
℣. S aluum fac ſeruum tuum Dómine.
℟. D eus meus ſperántem in te.
℣. E ſto ei Dómine turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimici.
℣. N ihil profíciat inimícus in eo.
℟. E t filius iniquitâtis non appônat nocêre ei.
℣. O ra pro eo ſancta Dei Génitrix.
℟. V t dignus efficiâtur Promiſsiónib⁹ Chriſti.
℣. D ómine exáudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

DEus, qui corda fidélium ſancti Spíritus illuſtratiône docuîſti: da ei in eodẽ ſpiritu recta ſapere, & de eius ſemper cõſolatiône gaudere.

PRótege Dómine famulũ tuum ſubſídijs pacis, & Beâtæ Marîæ ſemper Vírginis patrocínijs confidéntẽ, à cunctis hóſtibus redde ſecûrũ.

DEus miſéricors, Deus clemens, cui cuncta bona placent, ſine quo nihil boni inchoâtur, nihilque boni perfícitur; adſint noſtris humíllimis précibus tuæ pietâtis aures; & hunc fámulum tuum, cui in tuo ſancto Nómine hábitum noſtræ ſacræ Religiônis impónimus, à mundi impediménto, vel ſæculâri deſidério defénde: & concêde ei, vt in hoc ſancto propóſito deuôtus perſiſtere, & remiſsiône peccatôrum percépta, ad electôrum tuôrum váleat peruenîre conſórtium.

DEus, qui non vis mortẽ peccatôris, ſed per pœniténtiam, & emendatiónem, vitã ſemper inquîris: te ſuppliciter deprecâmur, vt huic fámulo tuo ſæculáribus áctibus renuntiánti largè tuę pietâtis grátiam infúndere dignêris; quátenus caſtris tuis inſértus, ita tibi militándo, ſtatum vitæ præſéntis percúrrere valeat: vt brabîum æternæ remuneratiónis, te donánte, percípiat. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Quibus dictis aſpergit illum aqua benedicta. Poſtea eleuetur à terra à duobus ſupradictis Fratribus, & manibus iūctis ante pectus, ducatur ad medium Altaris, quod genuflexus reuerenter oſculabitur. Mox ductus ante Priorem genuflectit, oſculataque illius manu; reliquos omnes Fratres, dicēs Sacerdotibus: O ra Deum pro me Pater, cæteris verò: O ra Deum pro me Frater deuotè, & reuerenter amplexabitur. Dum hæc fiunt, Cantores incipiunt Antiphonam: E cce quàm bonum, &c. Quā Conuentus communiter proſequitur; eaque finita, Cantores cantant ſecundum verſum eiuſdē Pſalmi, videlicèt: S icut vnguéntum, &c. Poſt quē dictum, iterum repetitur à Conuentu prędicta Antiphona: E cce quàm bonum, &c. Et hoc ordine dicuntur à Cantoribus reliqui verſus, repetente Conuentu, poſt vnumquemque eorum: E cce quàm bonum, &c. vt infra.

Conuentus Aña: E cce quàm bonum, & quàm iucúndum: habitâre fratres in vnum.

Cantores ℣. S icut vnguéntum in cápite: quod deſcéndit in barbam, barbam Aarôn.

Conuent. Aña: E cce quàm bonum, &c.

Cant. ℣. Q uod deſcéndit in orā veſtiménti eius: ſicut ros Hermôn, qui deſcéndit in montem Siôn.

Conuent. Ana: E cce quàm bonum, &c.

Cant. ℣. Quóniam illic mandâuit Dóminus miſericórdiam: & vitam vſque in ſæculum.

Conuen. Aña. E cce quàm bonum,&c.
Cant. Verſ. G lória Patri,& Fílio,&c.
Conuent. Aña. E cce quàm bonum,&c.
Cant. Verſ. S icut erat in princípio,&c.
Conuent. Aña. E cce quàm bonum,&c.

His peractis, à Magiſtro nouitiorum in vltimo loco inter Nouitios collocatur,&Fratres,facto per Præſidentem ſigno, ac incipiente Cantore Pſalm. D eus miſereâtur,&c. in Conuentum reuertuntur.

CAPVT TERTIVM.

De Profeſsione Nouitiorum.

QVando tempus emittẽdi profeſſionem aduenerit, Fratribus ad cimbali pulſationem cũ cappis, & libellis officij in Choro, vel Eccleſia congregatis, ordinateq; ſedentibus; ducatur Nouitius à ſuo Magiſtro,& alio ex ſenioribus Fratribus, ſuperiori tunica griſei coloris indutus portans in manibus ea, quibus eſt induendus, & ſe infra gradus Altaris proſternat coram Priore, vel Præſidente(ſtolã collo impoſitam,& vas aquæ benedictæ cũ aſperſorio à dextris habẽte) qui illũ erigi iubens, Quid petis? interroget. Nouitius verò

reſpon-

reſpõdeat: Miſericórdiam Dei, Paupertâtem Ordinis, & Fratrum ſocietâtem. Deinde Prior, vel Præſidens, quid ſit profeſsionem emittere, & ſub Obedientia, Caſtitate, & Paupertate viuere, breuiter illi exponat. Hoc facto, Nouitius appropinquãs Priori, vel Prçſidenti, manus ſuas (in quibus ſit carta ſcripta emittendi profeſsionem tenorem continens) manibus Prioris, vel Præſidentis genuflexus impônat, & ſemel tantùm profeſsionem voce clara, & deuota, lingua Latina, vel vulgari (ſi fuerit laicus) diſtinctè dicat.

Forma Profeſsionis.

EGo Frater N. facio meam profeſsiônem, & promîtto Obediéntiam, Caſtitâtem, & Paupertâtem Deo, & Beâtæ Marîæ Vírgini de Monte Carméli, & Reuerédo Patri noſtro N. Generâli, eiuſque ſucceſſóribus: ſecúndùm Régulam primitíuam dicti Ordinis (hoc eſt) ſine mitigatiône vſque ad mortem.

Si profeſsio fit in manibus Patris noſtri Generalis, dicitur ſequenti modo.

EGo Frater N. facio meam profeſsiônem, & promîtto Obediéntiam, Caſtitâtem, & Paupertâtem Deo, & Beâtæ Marîæ Vírgini de Monte Carméli, & tibi Reuerédo Patri noſtro N. Generâli, tuiſque ſucceſſóribus: ſecúndùm Régulam primítiuam dicti Ordinis (hoc eſt) ſine mitigatione vſque ad mortem.

Poſtquã ſemel profeſsionẽ emiſerit, dicat Prior: Immola Deo ſacrificiũ laudis. Reſpondente Cõuentu: E t redde Altíſsimo vota tua. Profeſſus adhuc genuflexus, eodem tono, quo profeſsionem emiſit, dicat: Vota mea Dómino reddam in conſpéctu omnis pópuli eius, in atrijs domus Dómini. Cartamq́ue profeſsionis Priori tradat, qua accepta, Prior cũ cæteris omnibus ſurgens, dicat: D eus, qui te incœpit in nobis, ipſe te perficiat ℟. Amẽ. Mox omnibus ſtantibus, dicat: ℣. D óminus vobiſcum. ℟. E t cum Spíritu tuo. O rêmus.

Sancte Spíritus, qui te Deum, ac Dóminũ reuelâre dignâtus es mortâlibus: immẽſam tuæ pietâtis poſtulâmus grátiam, vt ſicut vbi vis ſpiras; ſic & huic fámulo tuo afféctum deuotiônis concêdas: vt per interceſsiônem Beatíſsimæ Vírginis Marîæ; cui peculiáriter in hac ſua ſancta Religiône deuôtum exhibêre diſpóſuit famulatum; eum à vanitâte ſæculi veráciter conuértas, & ad huius ſancti propóſiti obſeruántiam facias ita certátim feruêre; quatenus iuſtè, & piè viuéndo per veram humilitâtem, obedientiam, caſtitatem, & abdicatiônem proprietâtis, in fratérna charitâte, conſtánti perſeuerántia, eiuſdem ſancti propóſiti curſum váleat fœlíciter conſummâre: quod ipſe præſtâre dignêris; Qui cum Patre, & Fílio viuis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Benedictio habitus.

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum,& terram.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui tégumen noſtræ mortalitâtis indúere dignâtus es, obſecrâmus imménſam tuæ largitâtis abũdántiam: vt hoc genus veſtiménti, quod ſancti Patres ad innocéntiæ,& humilitâtis indícium abrenuntiántes ſæculo ferre ſanxêrunt; tu ita bene ✠ dícere dignéris, vt hic fámulus tuus, qui hoc indútus fuerit veſtiménto,te quoque indúere mereâtur: Qui viuis, & regnas Deus per omnia ſæcula,&c. ℟. Amen.

Orêmus.

DOmine Ieſu Chriſte, auctor virtûtum, & amâtor pœniténtium, qui máximè humilitâtem,paupertâtem,obediéntiam,& caſtitâtem,cũ cæteris virtútibus corporáliter in mundo elegíſti, & peccatôres ad pœniténtiam miſericórditer vocâre veníſti, ac omnes fidéliter credéntes piè ſuſcepîſti: tuã ineffábilem miſericórdiam ſupplíciter exorâmus, quátenus hunc hábitum ſancti ✠ ficâre,ac bene✠ dícere dignêris: & cõcêde propítius, vt hic fámulus tuus, qui illum deuôtè, in ſanctæ conuerſatiônis ſignum,ſúſcipit; cum veſte cándida, & immaculâta ante tribũnal tuum in Sanctôrũ ágmine glorificâtus in die iudícij váleat apparêre:

Qui

Qui cum Patre,& Spiritu ſancto viuis,& regnas in ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Deinde aſpergit veſtes, & nouiter profeſſum, dicens: In Nómine Patris,& Filij, ✠ & Spíritus ſancti. ℟. Amen.

Mox induit profeſſum: & primò præcingens illum corrigia, dicit: Cùm eſſes iúnior cingébas te, & ambulâbas vbi volébas: cùm autem ſenúeris alius te cinget. In Nómine Patris, & Fílij, ✠ & Spíritus ſancti. ℟. Amen.

Poſtea imponit ei ſcapulare,& caputium, dicẽs: Tolle iugum Chriſti ſuâue; & onus eius leue. In Nómine Patris,& Filij, ✠ &c. ℟. Amen.

Vltimò imponit illi cappam, dicẽs: Qui ſequúntur Agnum ſine mácula, ambulâbunt cum eo in albis; ideo ſint ſemper tua veſtiménta cándida in ſignum intérnæ puritâtis. In Nómine Patris,& Fílij, ✠ & Spíritus ſancti. ℟. Amen.

Quibus finitis incipit Prior alta voce Hymnum: Te Deum laudâmus. vt habetur pag. 88. quem omnes vſq; ad finem decantabunt: & interim pulſetur campana maior Conuentus. Quo finito Cantores dicãt: Kyrie eléiſon Deinde Chorus: Chriſte eliéſon. Kyrie eléiſon. Tunc Prior ſtans in ſuperiori Altaris gradu, in cornu Euangelij, dicat: Pater noſter.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Man-

℣. Manda Deus virtûti tuæ.
℟. Cōfírma hoc Deus,quod operâtus es in eo.
℣. Saluum fac ſeruum tuum,Dômine.
℟. Deus meus ſperántem in te.
℣. Eſto ei Dómine turris fortitúdinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimícus in eo.
℟. Et filius iniquitâtis non appônat nocêre ei.
℣. Ora pro eo ſancta Dei Génitrix.
℟. Vt dignus efficiâtur promiſsiónib' Chriſti.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Deus miſéricors, Deus clemens, cui cuncta bona placēt; ſine quo nihil boni inchoâtur, nihilque boni perficitur: adſint noſtris humíllimis précibus tuæ pietâtis aures, & hunc fámulum tuū, cui in tuo ſancto Nómine hábitum noſtræ ſacræ Religiônis impónimus, à mundi impedimento, vel ſæculâri deſidério defénde, & concêde ei, vt in hoc ſancto propóſito deuôtus perſiſtere, & remiſſiône peccatôrum percépta, ad electôrum tuôrum váleat peruenîre conſórtium.

Deus, qui nō vis mortem peccatôris, ſed per pœniténtiam, & emendatiônem, vitā ſemper inquîris; te ſupplíciter deprecâmur, vt huic famulo tuo, ſæculáribus áctibus renūtiánti, largè tuæ

pietâtis grátiam infúndere dignêris; quátenus caſtris tuis inſértus, ita tibi militándo, ſtatũ vitæ præſéntis percúrrere váleat, vt brabîum æternæ remunerationis, te donánte, percípiat. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Quibus dictis aſpergat illum aqua benedicta, & eleuetur à terra à duobus ſupradictis Patribus. Et fiant ea, quæ paulò ſuperius in indutione Nouitiorum pag. 149. dicta ſunt.

CAPVT QVARTVM.

De Velo Monialium.

CVM probationis elapſo anno, velum alicui Monialium tribuẽdum fuerit; ante illius receptionẽm, in manibus Prioriſſæ eiuſdem Monaſterij, vel Præſidentis, in eius defectu, profeſsionem emittet, iuxta formam prænotatam in præcedenti capitulo.

Cũ igitur dies acceſſerit, in quo eidẽ velũ tribuẽdum eſt, ante Miſſarũ ſolẽnia, Moniales omnes in cappis cũ cãdelis cerę albę accẽſis nouiter profeſſam comitãtes, Hymnũq; Veni Creator ſpiritus. cantantes, proceſsionaliter in Chorũ conueniant.

Finito Hymno, Sacerdos celebraturus, pluuiali indutus, ſtans ſupra gradus maioris Altaris, vel iuxta ferream cratem, dicit:

℣. Emitte Spiritum tuum, & creabûntur.

℟. Et renouâbis fáciem terræ.

℣. Saluam fac ancillam tuam.

℟. Deus meus ſperántem in te.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Deus, qui corda fidéliũ ſancti Spíritus illuſtratiône docuíſti, da ei in eodẽ Spíritu recta ſápere, & de eius ſemper conſolatiône gaudêre. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

Deinde inchoatur officium Miſſæ de Spíritu ſancto, vel de feſto occurrenti; additis his Orationibus. Oratio.

Quæſumus Dómine Deus Omnípotens, famulam tuam placábili pietâte réſpice, & cor eius tui amôris igne ſuccénde: vt tibi toto corde deuôta, & à præſéntibus aduerſitátibus liberêtur, & optâtis gáudeat proſperitátibus ætérnis. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

Secreta.

Cœléſtem medicînam, quæſumus Dómine, præbeant fámulæ tuæ hæc myſtéria, & vitia cordis eius expûrgent. Per Dóminum noſtrũ, &c.

Poſt Communionem.

AVxiliâre Dómine quæſumus famulæ tuæ, vt córpore pijs actiónibus inténta, donis grátiæ tuæ perfruâtur. Per Dóminum noſtrum, &c.

Dum Miſſæ celebratur officium, Monialis genuflexa propè cratem ferream, cum accenſa candela permanet vſque ad finem Miſſæ. Hora autem cõpetenti, communicent omnes Moniales in hac Miſſa. Qua finita, celebrans indutus pluuiali, velum, quod ab initio Miſſæ ſuper Altare maius in lance quadam argentea prætioſa poſitum eſſe debet, hoc modo cantando benedicit.

Benedictio veli.

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum, & terram.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

DOmine Ieſu Chriſte, Auctor virtûtum, & amâtor pęniténtiũ, qui máximè paupertâtẽ, & caſtitâtem, cũ cæteris virtútibus corpóraliter in mũdo elegîſti, & peccatôres ad pœniténtiam miſericorditer vocâſti, ac omnes fidéles ad te ſe conuertentes piè ſuſcepîſti: tuam ineffábilem miſericordiam ſupplíciter exorâmus, quátenus hoc velámen ſancti✠ficâre, & bene✠dícere dignêris: & concêde propítius, vt hæc famula tua, quæ illud deuôtè, in ſignum ſanctæ conuerſatiónis ſuſcipit, cũ veſte cándida, & immaculâta, ante

tribû-

tribûnal tuum in Sanctôrum ágmine glorificâta in die iudícij váleat apparêre: Qui cum Patre, & Spíritu ſancto viuis, & regnas, &c. ℟. Amen.

Et aſpergit velum aqua benedicta in modũ Crucis. Tunc à Choro cantatur ſequens Reſponſoriũ.

AMo Chriſtum, in cuius thálamum introîbo, cuius mater Virgo eſt, cuius Pater fœminã neſcit, cuius mihi órgana modulâtis vócibus cantant: * Quem cùm amáuero, caſta ſum; cùm tetígero munda ſum; cùm accépero Virgo ſum.

℣. A nulo fidei ſuæ ſubarrhâuit me, & imménſis monílibus ornâuit me. * Quẽ cùm amáuero, &c.

Dum prædictum Reſponſorium cãtatur, Sacerdos cum Diacono à ſiniſtris, & Subdiacono velum deferente, ad cratem ferream accedit, & finito Reſponſorio, verſa ad Conuentum facie, incipit Antiphonam: V eni Sponſa Chriſti. Quàm Conuentus proſequitur: A ccipe corônam, quàm tibi Dóminus præparâuit in æternum.

Poſtea cantatur in Choro alternatim ſequens Pſalmus 19.

EXáudiat te Dñs in die tribulatiônis: prótegat te Nómen Dei Iacob.

M ittat tibi auxíliũ de ſancto: & de Siõ tueátur te.

M emor ſit omnis ſacrifícij tui: & holocáuſtum tuum píngue fiat.

Tríbuat tibi ſecúndùm cor tuum: & omne conſílium tuum confírmet.

L ætábimur in ſalutâri tuo: & in Nómine Dei noſtri magnificábimur.

I mpleat Dñs omnes petitiônes tuas: nunc cognóui, quóniam ſaluũ fecit Dóminus Chriſtum ſuũ.

E xáudiet illum de cœlo ſancto ſuo: in potentátibus ſalus déxteræ eius.

H i in curribus, & hi in equis: nos autem in Nómine Dei noſtri inuocáuimus.

I pſi obligâti ſunt, & cecidêrunt: nos autem ſurréximus, & erécti ſumus.

D ómine ſaluum fac Regem: & exáudi nos in die, qua inuocauerímus te.

G lória Patri, &c. Et repetitur prædicta Aña: V eni Sponſa, &c. Deinde Celebrãs dicit: D óminus ſit tibi adiútor, & protéctor, atque ómnium peccatôrum tuôrum indúltor. ℟. Amen.

Finita hac Oratione, Monialis in medium Chori procedit cantans: S úſcipe me Dómine ſecúndũ elóquium tuum, & viuam, & non confúndas me ab expectatiône mea. Qua finita, accedit ad feneſtellam, per quam ſanctiſsimum Sacramentum ſororibus miniſtratur, Celebranſque imponit illius capiti velum, ita vt faciem cooperiat, dicens:

A Ccipe velum ſacrum pudôris, & reueréntiæ ſignum, quod pérferas ante tribûnal Dómini noſtri Ieſu Chriſti, vt hábeas vitam ætérnam, & viuas in ſæcula ſæculôrum. Amen.

Mox Monialis accepto velo, regreditur ad me-

dium Chori cantans ibi: Poſuit ſignum in faciem meam. Et Conuentus proſequitur: Vt nullum præter eum amatôrem admíttam. Poſtea idem Celebrans benedicit Monialem, dicens:

Bene ✠ dîcat te Deus Pater, qui in princípio cuncta creâuit. ℟. Amen.

Bene ✠ dîcat te Deus Filius, qui de supérnis ſédibus pro nobis Saluâtor Deus deſcéndit, & Crucem ſubîre non recusâbit. ℟. Amen.

Bene ✠ dîcat te Deus Spíritus ſanctus, qui in ſimilitúdine colúmbæ in Iordâne ſuper Chriſtum requiéuit. ℟. Amen.

It ipſe te in Trinitâte perfecta ſancti ✠ ficet, & cuſtódiat ómnibus diébus vitæ tuæ, quem ventûrum ad iudícium expectâmus. Qui cũ Patre, & Spíritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Satim incipit Hymnum: Te Deũ laudâmus, &c. vt habetur ſupra pag. 88. quem Chorus (nouiter velata Moniali in medio Chori proſtrata) vſque in finem proſequitur. Deinde dicit: Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter, alta voce: reliqua ſecretò.

℣. Et ne nos indûcas in tentatiônem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Manda Deus virtûti tuæ.
℟. Cõfírma hoc Deus, quod operâtus es in ea.
℣. Saluam fac ancíllam tuam.

℟. D eus meus ſperántem in te.
℣. E ſto ei Dómine turris fortitúdinis.
℟. A facie inimíci.
℣. N ihil proficiat inimicus in ea.
℟. E t filius iniquitâtis non appónat nocêre ei.
℣. O ra pro ea ſancta Dei Génitrix.
℟. V t digna efficiâtur promiſsiónibus Chriſti.
℣. D ómine exáudi oratiônem meam.
℟. E t clamor meus ad te véniat.
℣. D óminus vobíſcum.
℟. E t cum Spíritu tuo. O rêmus.

DEus, qui corda fidélium ſancti Spíritus il-luſtratiône docuíſti: da ei in eodem Spíritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatiône gaudêre.

PRótege Dómine, fámulam tuam ſubſídis pacis; & Beâtæ Marîæ ſemper Vírginis patrocínijs confidêntem à cunctis hóſtibus redde ſecûram.

DEus miséricors, Deus clemens, cui cuncta bona placent; ſine quo nihil boni incobâtur, nihilque boni perficitur: adſint noſtris humillimis précibus tuæ pietâtis aures; & hanc fámulam tuam, cui in tuo ſancto Nómine velámen noſtræ ſacræ Religiônis impónimus, à mundi impedimẽto, vel ſæculári deſidério defénde; & concede ei, vt in hoc ſancto propóſito deuôta perſiſtere & remiſsiône peccatôrum percépta, ad electôrum tuôrum

rum valeat peruenîre conſórtium. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c. in vnitâte eiuſdem Spíritus ſancti Deus, &c. ℟. Amen.

Et cantetur ſtatim Pſalmus: Ecce quàm bonum, &c. vt habetur ſup. pag. 155. Expletis Orationib⁹, aſpergatur aqua benedicta. Quo finito, Sacerdos cum Miniſtris ad Sacriſtiam; Moniales verò ad Conuentum regrediuntur.

CAPVT QVINTVM.

De Exorciſmis.

De Exorciſmo ſuper obſeſsis, ſeu ad fugandum dæmones de corporibus opreſsis.

¶ I.

IN primis neceſſe eſt, vt Sacerdos, vel exorciſta, maxima cum fide, conſcientia munda, & magna cum humilitate ad munus hoc præſtandum accedat, ac priùs, ſi fieri poterit, Miſſæ ſacrificio celebrato: memineritq́ eſſe aliquod genus dæmoniorum, quod non niſi oratione, & ieiunio expellitur.

Diſponat obſeſſum, vt cõtritione, ac confeſsione mũdet conſcientiã, & vt frequenter oret Deũ, vt ab eo flagello illum liberet, ſi ad eius ſalutem promerendam expedit.

Ne facilè credat aliquem à dæmonio eſſe obſeſſum, ſed nota habeat ea ſigna, quibus obſeſſus à dæmone, ab ijs qui atra bili, vel morbo aliquo affecti ſunt, dignoſcitur.

Certiſsima ſigna ſunt hæc: ignota lingua benè, & diu loqui, aut diſtantia, & occulta patefacere. Probabilia autem; ad ſacra verba contremiſcere; torſiones, motus, furores inſolitos, ac repentinos ſentire; horrere, ac deteſtari Diuina, & dolore ob ea affici: corporis, vel alicuius membri inſolita inflatio; vires alioqui ſupra ætatis, vel conditionis naturam.

Præterea caueat Exorcizans, ne quidquam curioſe à dæmone quærat, ſed ea tantùm interroget, quæ ad eius expulſionem neceſſaria eſſe iudicauerit: alioquin curioſa, vel occulta ab eo ſciſcitari graue peccatum eſt, & prohibitum à Summo Pontifice Sixto V.

Neceſſaria autem, hæc videntur; nimirùm interrogare de numero ſpirituum obſidentium; de cauſa, ſeu occaſione, qua in corpus ingreſſi ſunt; & de tempore: cæteras autem dæmonis nugas, riſus, ineptias nec aduertat ipſe, & circunſtantes ne curent, admoneat; his enim nugis animum à deuotione auocat.

Cùm dæmon ſuperbus ſit; profuerit, illum opprobrijs vrgere, Chriſti exemplo, qui dæmones nequam, & immundos ſpiritus appellabat. Hoc autem faciat magnâ cum fide, memor poteſtatis, quàm à Domino accepit, vt dæmonibus imperet.

Aduertat inſuper Sacerdos in mulieribus exorcizãdis, vt honeſtatis ſit memor; nè vel quidquam dicat, vel fa-

ciat, quod vel ipſi, vel mulieri occaſio eſſe poſsit alicuius impudica cogitationis. Et ſemper ſecum habeat honeſtas perſonas, qua obſeſſam teneant dum exagitatur à dæmonio: qua quidem perſonæ ſint patienti, ſi fieri poteſt cognatione proxima.

Moneat etiā eum, qui obſidetur, ſi diuina gratia liberatus fuerit, vt diligenter ſibi caueat à peccatis, etiam leuioribus, ne occaſionē prabeat dæmoni iterū regrediendi.

Sacerdos exorcizaturus obſeſſum, indutus amictu, alba, cingulo, & ſtola violacea, cuius extrema pars obſeſsi colo circumponatur, vel ſtola ſuper cappam (quod in quibuſuis exorciſmis ſeruandum eſt) præmiſſa cōfeſsione, vel ſaltem interna de peccatis cōtritione, paratis Cruce, aqua benedicta, & candela accenſa, obſeſſo in Eccleſia, aut alio decēti loco corā ſe poſito genuflexo, & ligato, ſi opus fuerit, dicat cum aſtātibus Litanias ordinarias, vt ſup. pag. 49. vſque ad Preces excluſiuè genibus flexis. Deinde Anam:

Ne reminiſcáris Dómine delícta noſtra, vel paréntum noſtrôrum, neq; vindíctam ſumas de peccâtis noſtris. Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos indûcas in tentatiônem.

℟. Sed líbera nos à malo.

Pſalmus 53.

DEus in Nómine tuo ſaluum me fac: & in virtûte tua iúdica me.

Deus exáudi oratiônem meam: áuribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni inſurrexêrunt aduérſum me, & for-

fortes quæſiérunt ánimam meam:& non propoſuérunt Deum ante conſpéctum ſuum.

Ecce enim Deus ádiuuat me: & Dóminus ſuſcéptor eſt ánimæ meæ.

Auérte mala inimicis meis : & in veritâte tua diſpérde illos.

Voluntáriè ſacrificâbo tibi:& confitêbor Nómini tuo Dómine,quóniam bonum eſt.

Quóniam ex omni tribulatiône eripuíſti me : & ſuper inimícos meos deſpêxit óculus meus.

Glória Patri,& Fílio,&c.

℣. Saluum fac ſeruum tuum.

℟. Deus meus ſperántem in te.

℣. Eſto ei Dómine turris fortitúdinis.

℟. A facie inimíci.

℣. Nil profíciat inimícus in eo.

℟. Et filius iniquitâtis non appônat nocêre ei.

℣. Mitte ei Dómine auxílium de Sancto.

℟. Et de Sion tuêre eum.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobîſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Deus, cui próprium eſt miſerêri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecatiônem noſtram, vt hunc famulum tuum, quem delictôrum caténa conſtríngit,miſeratio tuæ pietâtis clementer abſóluat.

Oratio.

DOmine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, Pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti, qui illum réfugam tyránnum, & apóſtatã gehénnæ ígnibus deputâſti; quiquè Vnigénitum tuũ in hunc mundum miſiſti, vt illum rugiéntem contéreret; velóciter atténde, accélera, vt erípias hóminem ad imáginem & ſimilitúdinem tuam creâtum, à ruína, & dæmónio meridiáno. Da Dómine terrôrem tuum ſuper béſtiam, quæ extérminat víneam tuam. Da fidúciam ſeruis tuis, cõtra nequíſſimum dracônem pugnâre fortíſsimè, ne contémnat ſperántes in te, & ne dicat, ſicut in Pharaône, qui iam dixit: Deum non noui, nec Iſraël dimítto. Vrgeat illum déxtera tua potẽs diſcédere à famulo tuo N. ✠ ne diútiùs præſumat captíuum tenêre, quem tu ad imáginem tuam fácere dignatus es, & in Fílio tuo redemîſti: Qui tecum viuit, & regnat, &c. ℟. Amen.

Deinde præcipiat dæmoni hunc in modum:

PRæcípio tibi, quicúmque es, ſpíritus immúnde, & ómnibus ſócijs tuis hunc Dei fámulum obſidéntibus, vt per myſteria Incarnatiônis, Paſſiônis, Reſurrectiônis, & Aſcenſiônis Dómini noſtri Ieſu Chriſti, per Miſsiônem Spíritus ſancti, & per Aduéntum eiuſdem Dómini noſtri ad iudíciũ, dicas mihi nomẽ tuum, diem, & horam éxitus tui, cum aliquo ſigno; & vt mihi Dei miniſtro, licet in-

dígno,

digno, prorſus in ómnibus obédias: neque hanc creatûram Dei,vel circunſtántes, aut eôrum bona vllo modo offéndas.

Deinde legantur ſuper obſeſſum hæc Euangelia,vel vnum,aut alterum.

Léctio S.Euangélij ſecúndùm Ioán. *Ioannis* 1.

Hæc dicens ſignat ſe, & obſeſſum in fronte, ore, & pectore.

IN princípio erat Verbũ: & Verbum erat apud Deũ:& Deus erat Verbũ.Hoc erat in princípio apud Deũ.Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factũ eſt nihil.Quod factum eſt, in ipſo vita erat:& vita erat lux hóminũ:& lux in ténebris lucet,& ténebræ eam nõ cõprehendêrunt. Fuit homo miſſus à Deo,cui nomen erat Ioánnes. Hic venit in teſtimónium,vt teſtimónium perhibêret de lumíne: vt omnes créderent per illũ. Non erat ille lux:ſed vt teſtimónium perhibêret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnẽ hóminem veniéntẽ in hunc mundũ.In mundo erat, & mũdus per ipſum factus eſt:& mundus eũ non cognôuit. In própria venit: & ſui eũ non recepêrũt. Quòtquòt autẽ recepêrũt eũ,dedit eis poteſtâtem fílios Dei fieri:his,qui credunt in Nómine eius. Qui nõ ex ſanguínibus,neq; ex volũtâte carnis,neq; ex volũtâte viri:ſed ex Deo nati ſunt. Et Verbum caro factum eſt: & habitâuit in nobis (& vídimus glóriam eius, glóriam quaſi vnigéniti à Patre)plenum grátiæ,& veritâtis.

L ectio ſancti Euangélij ſecúndum Marcum.

Marc. 16.

IN illo témpore dixit Ieſus diſcípulis ſuis: Eúntes in mundum vniuérſum, prædicâte Euangélium omni creatúræ. Qui credíderit,& baptizâtus fúerit, ſáluus erit: qui verò non credíderit,cōdemnábitur. Signa autē eos,qui credíderint,hęc ſequētur. In Nómine meo dæmónia eiícient: linguis loquéntur nouis: ſerpéntes tollent: & ſi mortíferum quid bíberint,non eis nocêbit: ſuper ægros manus imponént,& benè habêbunt.

L ectio ſancti Euangélij ſecúndùm Lucam.

Lucæ 10.

IN illo témpore: Reuérſi ſunt ſeptuagínta duo cum gáudio dicéntes ad Ieſum:Dómine,étiam dæmónia ſubiiciúntur nobis in Nómine tuo. Et ait illis:Vidêbam ſatânam ſicut fulgur de cœlo cadéntem. Ecce dedi vobis poteſtâtem calcándi ſupra ſerpéntes, & ſcorpiônes, & ſuper ómnem virtûtem inimici, & nihil vobis nocêbit: verúntamen in hoc nolîte gaudêre, quia ſpíritus vobis ſubiiciúntur: gaudête autem, quòd nómina veſtra ſcripta ſunt in cælis.

L ectio ſancti Euangélij ſecúndùm Lucam.

Lucæ 11.

IN illo témpore: Erat Ieſus eiíciens dæmóniū, & illud erat mutū. Et cùm eiecíſſet dæmóniū, locûtus eſt mutus, & admirâtæ ſunt turbæ. Quidam

dam autem ex eis dixêrunt: In Beelzebûb príncipe dæmoniôrum éiicit dæmônia. Et alij tentântes ſignum de cœlo quærêbant ab eo. Ipſe autem, vt vidit cogitatiônes eôrum,dixit eis:Omne regnum in ſeípſum diuíſum deſolábitur, & domus ſupra domum cadet. Si autem & ſatânas in ſeípſum diuíſus eſt,quómodo ſtabit regnum eius?quia dicitis in Beelzebûb me eiícere dæmônia. Si autem ego in Beelzebûb eiício dæmônia, filij veſtri in quo eiíciunt?ídeò ipſi iúdices veſtri erunt. Porrò ſi in dígito Dei eiício dæmônia, profécto peruênit in vos regnum Dei. Cùm fortis armâtus cuſtódit átrium ſuum, in pace ſunt ea quæ póſsidet: ſi autē fórtior eo ſuperuéniens vicerit eum, vniuêrſa arma eius áuferet, in quibus confidêbat, & ſpólia eius diſtríbuet.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Omnípotens Dómine, Verbum Dei Patris, Chriſte Ieſu, Deus, & Dóminus vniuérſæ creatûræ, qui ſanctis Apóſtolis tuis dedîſti poteſtâtem calcándi ſuper ſerpéntes,& ſcorpiônes, qui inter cætera mirabíliū tuôrum prçcêpta dignâtus es dícere: dæmónes effugâte: cuius virtûte motus tanquam fulgur de cœlo ſathânas cécidit: tuum ſanctum Nómen cum timôre,& tremôre ſupplíci-

ter déprecor, vt indigníſsimo mihi ſeruo tuo, data venia ómnium delictôrum meôrum, conſtántem fidem, & poteſtâtem donâre dignêris, vt hunc crudélem dæmónem, bráchij tui ſancti munítus poténtia, fidénter, & ſecúrus aggrédiar, per te Ieſu Chriſte Dómine Deus noſter, qui ventûrus es iudicâre viuos & mórtuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde muniens ſe, & obſeſſum ſigno Crucis, circumpoſita parte ſtolæ ad collum eius, & dextera manu ſua capiti eius impoſita, conſtanter, & magna cum fide dicat ea, quæ ſequuntur.

℣. Ecce Crucem Dómini, fúgite partes aduérſæ.

℟. Vicit leo de rribu Iuda, radix Dauid.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

Orêmus.

Deus, & Pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti, ínuoco Nómen ſanctum tuum, & cleméntiam tuam ſupplex expóſco: vt aduérſus hunc, & omnem immúndum ſpíritum, qui vexat hoc plaſma tuum, mihi auxílium præſtâre dignêris. Per eumdem Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuũ: Qui tecum viuit, & regnat in vnitâte Spíritus ſancti Deus, per ómnia ſæcula ſæculórum. ℟. Amen.

Exorciſmus.

EXorcízo te, immundíſsime ſpíritus, omnis incúrſio aduerſárij, omne phantáſma, omnis legio, in Nómine Dómini noſtri Ieſu Chriſti ✠ eradicâre, & effugâre ab hoc pláſmate Dei ✠. Ipſe tibi imperat, qui te de ſupérnis cœlôrum in inferióra terræ demêrgi præcêpit. Ipſe tibi ímperat, qui mari, ventis, & tempeſtátibus imperâuit. Audi ergo, & time ſatâna, inimíce fídei, hoſtis generis humáni, mortis addûctor, vitæ raptor, iuſtítiæ declinâtor, malôrum radix, fomes vitiôrum, ſedûctor hóminum, próditor géntium, incitâtor inuidiæ, orîgo auarítiæ, cauſa diſcórdiæ, excitâtor dolôrum. Quid ſtas, & reſíſtis, cùm ſcias Chriſtum Dóminum vires tuas pérdere? Illum métue, qui in Iſaâc immolâtus eſt, in Ioſeph venúndatus, in agno occîſus, in hómine crucifixus, deinde inférni triumphâtor fuit. *Sequentes Cruces fiant in fronte obſeſsi*. Recêde ergo in Nómine Patris ✠ & Fílij ✠ & Spíritus ✠ ſancti, da locum Spíritui ſancto, per hoc ſignũ ✠ Crucis Ieſu Chriſti Dómini noſtri: Qui cum Patre & eodem Spíritu ſancto viuit & regnat Deus per ómnia ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

Crê-

Orémus.

Deus cónditor & defénſor géneris humáni, qui hóminem ad imáginem tuam formáſti: réſpice ſuper hũc famulum tuum N. qui dolis immundi ſpíritus appetítur, quem vetus aduerſárius, antíquus hoſtis terræ, formídinis horrôre circúnuolat, & ſenſum mentis humánæ ſtupôre defigit, terrôre contúrbat, & metu trépidi timóris exágitat. Repélle Dômine virtûtem diáboli, falláceſque eius inſídias ámoue; procul ímpius tentátor aufúgiat: ſit Nóminis tui ſigno ✠ (in fronte) fámulus tuus munítus, & in ánimo tutus & córpore.

Tres Cruces ſequentes fiãt in pectore dæmoniaci.

Tu péctoris ✠ huius intérna cuſtódias. Tu víſcera ✠ regas. Tu ✠ cor confirmes. In ánima aduerſatrícis poteſtâtis tentaménta euanéſcant. Da Dómine ad hanc inuocatiônem ſanctíſsimi Nóminis tui grátiam, vt qui hucúſque terrêbat, térritus aufúgiat, & victus abſcédat, tibíque poſsit hic fámulus tuus, & corde firmâtus, & mente ſincêrus débitum præbêre famulátum. Per Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium tuum, Qui tecum viuit & regnat. ℟. Amen:

Exorciſmus.

Adiúro te ſerpens antíque, per Iúdicem viuôrum & mortuôrum, per factôrem tuum, per factôrem mundi, per eum qui habet poteſtatẽ mittêndi te in gehennam, vt ab hoc fámulo Dei N.

qui ad Eccléſiæ ſinum recurrit, cum metu, & exércitu furôris tui feſtínus diſcédas. Adiúro te íterùm✠ (in fronte) non mea infirmitâte, ſed virtûte Spiritus ſancti, vt éxeas ab hoc famulo Dei N. quem omnípotens Deus ad imáginem ſuam fecit. Cede igitur, cede non mihi, ſed miníſtro Chriſti. Illius enim te vrget potéſtas, qui te Cruci ſuæ ſubiugâuit. Illius bráchium contremíſce, qui deuíctis gemítibus inférni, ánimas ad lucem perdûxit. Sit tibi terror corpus hóminis✠. (in pectore) Sit tibi formído imágo Dei✠. (in fronte) Nõ reſiſtas, nec morêris diſcédere ab hómine iſto, quóniam complácuit Chriſto in hómine habitâre. Et ne cõtemnéndum putes, dũ me peccatôrem nimis eſſe cognóſcis. Imperat tibi Deus✠. Imperat tibi maiéſtas Chriſti✠. Imperat tibi Deus Pater✠. Imperat tibi Deus Fílius✠. Imperat tibi Deus Spíritus✠ ſanctus. Imperat tibi ſacraméntum Crucis✠. Imperat tibi fides ſanctôrum Apoſtolôrum Petri & Pauli, & cœterôrum Sanctôrum✠. Imperat tibi Mártyrum ſanguis✠. Imperat tibi continéntia Confeſsôrum✠. Imperat tibi pia Sanctôrum, & Sanctârum ómnium intercéſsio✠. Imperat tibi Chriſtiânæ fidei myſteriôrum virtus✠. Exi ergo tranſgrêſſor. Exi ſedúctor, plene omni dolo, & fallácia, virtûtis inimíce, innocéntium perſecûtor. Da locum diríſsime; da locum impiíſsime; da locum Chriſto, in quo nihil inueníſti de opéribus tuis, qui

te

te ſpoliâuit, qui regnum tuum deſtrûxit, qui te victum ligâuit, & vaſa tua diripuit, qui te proiécit in ténebras exteriôres, vbi tibi cum miníſtris tuis erit præparâtus intéritus. Sed quid truculénte reníteris? quid temerárie detréctas? Reus es omnípotenti Deo, cuius ſtatúta tranſgréſſus es. Reus es Filio eius Ieſu Chriſto Dómino noſtro, quem tentâre áuſus es, & crucifígere præſumpſíſti. Reus es húmano géneri, cui tuis perſuaſiónibus mortis vénenum propinâſti.

Adiúro ergo te, draco nequíſsime, in Nómine Agni ✠ Immaculáti, qui ambulâuit ſuper áſpidem & baſilíſcum, qui conculcâuit leónem & dracônem, vt diſcédas ab hoc hómine, ✠ (fiat in frõte) diſcédas ab Ecclésia Dei ✠ (fiat ſignum Crucis ſuper circunſtantes) contremíſce, & éffuge, inuocâto Nómine Dómini illíus, quem ínferi tremunt, cui Virtûtes cœlôrum, & Poteſtâtes, & Dominatiônes ſubiéctæ ſunt; quem Chérubin & Séraphin indeféſsis vócibus laudant dicéntes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus ſabaoth. Imperat tibi Verbum ✠ caro factũ. Imperat tibi natus ✠ ex Virgine. Imperat tibi Ieſus ✠ Nazarénus, qui te, cùm diſcípulos eius contémneres, eliſum atque proſtrâtum exîre præcêpit ab hómine; quo præſénte, cùm te ab hómine ſeparáſſet, nec porcôrum gregem íngredi præſumêbas. Recéde ergo nunc adiurâtus in Nómine ✠ eius ab hómine, quẽ ipſe

plaſmâuit. Durum eſt tibi velle reſiſtere ✠. Durum eſt tibi contra ſtímulum calcitrâre ✠. Quia quantò tardiùs exis, tantò magis tibi ſupplícium creſcit, quia non hómines contémnis, ſed illum, qui dominâtur viuôrum & mortuôrum, qui ventûrus eſt iudicâre viuos & mórtuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

℣. Dómine exáudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

DEus cœli, Deus terræ, Deus Angelôrum, Deus Archangelôrum, Deus Prophetârum, Deus Apoſtolôrum, Deus Mártyrum, Deus Vírginum, Deus qui poteſtâtem habes donâre vitam poſt mortem, réquiem poſt labôrem, quia non eſt alius Deus præter te, nec eſſe poterit verus, niſi tu Creâtor cœli & terræ, qui verus Rex es, & cuius Regni non erit finis; humíliter Maieſtâti glôriæ tuæ ſupplico, vt hunc fámulum tuum de immúndis ſpirítibus liberâre dignêris. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Exorciſmus.

ADiúro ergo te omnis immundíſsime ſpíritus, omne phantáſma, omnis incúrſio ſatânæ, in Nómine Ieſu Chriſti ✠ Nazaréni, qui poſt lauácrum Iordánis in deſértum ductus eſt, & te in tuis ſédibus vicit, vt quem ille de limo terræ ad

honé-

honórem glóriæ ſuæ formáuit, tu déſinas impugnâre:& in hómine miſerábili non humánam fragilitâtem, ſed imáginem omnipoténtis Dei contremíſcas. Cede ergo Deo ✠, qui te & milítiam tuam in Pharaóne, & in exércitu eius per Móyſen ſeruũ ſuũ in abyſſum demérſit. Cede Deo ✠ qui te per fidelíſsimum ſeruum ſuum Dauíd de Rege Saúle ſpirituálibus cánticis pulſum fugâuit. Cede Deo ✠, qui te in Iuda Iſcarióte proditôre damnâuit. Ille enim te diuínis ✠ verbéribus tangit, in cuius conſpéctu cum tuis legiónibus tremens & clamans dixîſti: Quid nobis & tibi Ieſu Fili Dei altíſsimi? Veníſti huc ante tempus torquêre nos? Ille te perpétuis flammis vrget, qui in fine témporum dictûrus eſt ímpijs:Diſcédite à me maledícti in ignem ætêrnum, qui parâtus eſt diábolo & ángelis eius. Tibi enim impie, & ángelis tuis vermes erunt, qui nunquám moriéntur. Tibi & ángelis tuis inextinguíbile præparâtur incéndiũ, quia tu es princeps maledícti homicídij, tu áuctor incæſtus, tu ſacrilegôrum caput, tu actiónum peſſimârum mágiſter: tu hæreticôrum doctor; tu totîus obſcœnitâtis inuêntor. Exi ergo ✠ ímpie, exi ✠ ſcelerâte, exi cum omni fallácia tua, quia hóminem templum ſuum eſſe vóluit Deus. Sed quid diutiùs moráris hîc? Da honórem Deo Patri omnipoténti ✠, cui omne genuflécititur. Da locũ Dño Ieſu Chriſto ✠, qui pro hómine Sãguinẽ

ſuum ſacratiſsimum fudit. Da locum Spirítui ✠ ſancto, qui per Beâtum Apóſtolum ſuum Petrum te maniféſtè ſtrauit in Simône mago:qui falláciam tuam in Ananîa & Saphîra condemnâuit:qui te in Heróde Rege honôrem Deo non dante percûſsit; qui te in mago Elíma per Apóſtolum ſuum Páulũ cæcitâtis calígine pérdidit, & per eúndem de Pythonîſſa verbo ímperans exîre præcêpit. Diſcéde ergo nunc, ✠ diſcéde ✠ ſedûctor. Tibi erêmus ſedes eſt. Tibi habitátio ſerpens eſt: humiliáre,& proſtérnere. Iam non eſt differéndi tempus. Ecce enim Dominátor Dóminus próximat citò, & ignis ardêbit ante ipſum, & præcédet, & inflammâbit in circúitu inimícos eius. Si enim hóminem feféllleris, Deum non póteris irridêre. Ille te éiicit, cuius óculis nihil occúltum eſt. Ille te expêllit, cuius virtûti vniuérſa ſubiécta ſunt. Ille te exclûdit, qui tibi,& ángelis tuis pręparâuit ætêrnam gehénnam; de cuius ore exîbit gládius acûtus.: Qui ventûrus eſt iudicâre viuos & mórtuos, & ſæculum per ignem. ℟. Amen.

Prędicta omnia,quatenus opus fuerit,repeti poſſunt,donec obſeſſus ſit omnino liberatus.

Iuuabit præterea plurimum ſuper obſeſſum deuotè dicere, & ſæpe repetere: Pater noſter. Aue María. Credo. Canticum Beatæ Mariæ. Magníficat. Cantic. Benedíctus Dóminus Deus Iſrael. *Symbolum* S.Athanaſij: Quicúmque vult.

Pſal.90

Pſal.90. Qui hábitat in adiutório Altíſsimi. Pſ.67. Exùrgat Deus, & diſsipéntur inimíci eius. Pſ.69. Deus in adiutórium meũ inténde. Pſal.53. Deus, in Nómine tuo ſaluum me fac. Pſal. 117. Confitémini Dómino quóniam bonus. Pſalm.34. Iúdica Dómine nocẽtes me. Pſal.30. In te Dómine ſperâui. Pſalm.21. Deus Deus meus reſpice in me. Pſal.3. Dómine quid multiplicâti ſunt. Pſ.10. In Dómino confído. Pſal.12. Vſquequo.

Oratio poſt liberationem.

ORâmus te Deus Omnípotens, vt Spíritus iniquitâtis ampliùs non habeat poteſtâtem in hoc famulo tuo N. ſed fúgiat, & non reuertâtur. Ingrediâtur in eum Dómine, te iubẽte, bónitas, & pax Dómini noſtri Ieſu Chriſti, per quem redẽpti ſumus, & ab omni malo nõ timêmus, quia Dóminus nobíſcum eſt. Qui viuit & regnat cum Deo Patre in vnitâte Spíritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculôrum. ℞. Amen.

De Exorciſmo contra imminentem tempeſtatem fulgurum, & grandinum.

¶ II.

SAcerdos exorcizaturus ſtola violacei coloris ſupra cappam vti debet, cui aſsiſtet aliqui ex Fratribus tenentes Crucem paruam, candelam accenſam, & aquam benedictã, qui omnes aſcendunt ad locum eminentem, ex quo nubes

periculum inductura perſpici poſsint: ante omnia autem dicant Pſalm. Miſerére mei,&c. *vſque in finem, cum* Glória Patri, &c. *Deinde abſolutè incipiat Sacerdos Exorciſmum, vt infra: interimq; campanæ pulſantur.*

Si autem aliqua procelloſa ingruerit tempeſtas, quæ turbido aëre, ac nebuloſis vndiq; nubibus circunfluentibus; agris, aut vineis, vel etiam ædificijs damnum aliquod minetur eventurum; Prior, vel alius Sacerdos, cui ipſe iniunxerit, ſtola violacea ad collum impoſita, præcedente Conuentu, procedat ad Eccleſiam, ibiq; genuflexis omnibus, poſtquam aliquantulum ſub ſilentio orauerint, ſuccenſis aliquibus candelis ſupra Altare, ſurgens (ſi expedire videbitur) ærarij ſacri, in quo ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum ſeruatur, reuerenter oſtia reſerabit. Deinde remanentibus ibidem in oratione aliquibus, Sacerdos, & reliqui Fratres, quorum vnus Crucem paruam, alius verò candelam accenſam, & vas aquæ benedictæ deferet, dicendo alternatim per Choros Pſalm. Miſerére mei, &c. *aſcendunt ad prædictum locum eminẽtem, ex quo nubes, quæ maius periculum inductura videntur, perſpici poſsint. Finitoq; Pſalm. cum* Glória Patri, &c. *omnes (ſi commodè fieri poterit) genuflectent, Sacerdos verò verſo ad tempeſtatem vultu, incipiat contra eum Exorciſmum: dum autem dicitur, campanæ pulſentur.*

PEr ſignum ✠ Crucis, de inimícis ✠ noſtris, líbera nos ✠ Deus noſter. In Nómine Patris, ✠ & Fílij, & Spíritus ſancti. Amen.

Dicatur Symbolum fidei, ſcilicet Credo in Deum Patrem,&c. pag.201.

Deinde Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter.

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum,& terram.
℣. Sit Nómen Dómini benedictum.
℟. Ex hoc nunc,& vſque in ſæculum.
℣. Exúrgat Deus,& diſsipéntur inimíci eius.
℟. Et fúgiant qui odérunt eum,à facie eius.
℣. Exúrge Chriſte,ádiuua nos.
℟. Et líbera nos propter Nómen tuum.
℣. Dómine exáudi, &c.
℣. Dóminus vobíſcum,&c.

Orêmus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui feciſti cœlum,& terram,mare,& ómnia quæ in eis ſunt,quíque flúmini Iordáni benedixíſti,atque in eo baptizári voluíſti,& tuas ſanctíſsimas manus & bráchia ſacratíſsima in Cruce extēdíſti,quibus áërem ſanctificâſti: obſecrâmus imménſam pietâtis & bonitâtis tuæ abundántiam, quátenus has nubes, quas ante me,& poſt me, & ſupra me, à dextris & à ſiníſtris video aërem perturbâre, diſſóluere & annihilâre dignêris: vt alligâta potéſtas dæmonū ímpiè deſæuiéntium defíciat & turbêtur, ad laudem tui ſanctiſsimi Nóminis,& potentíſsimæ Maieſtâtis tuæ. Qui viuis & regnas. ℟. Amen.

Poſteà

Poſteà conuerſus ad nubes ſignet eas ſigno ✠ dicens:

Circúndet te nubes Deus ✠ Pater. Circúndet te Deus ✠ Fílius. Circúndet te Deus Spíritus ✠ ſanctus. Déſtruat te Deus ✠ Pater. Deſtruat te Deus ✠ Fílius. Déſtruat te Deus Spíritus ✠ ſanctus. Cómprimat te Deus ✠ Pater. Cómprimat te Deus ✠ Fílius. Cómprimat te Deus Spíritus ✠ ſanctus. Amen.

Obſecratio. Sanctus Matthæus, ſanctus Marcus, ſanctus Lucas, ſanctus Ioánnes Euangeliſta, qui Chriſti Euangélium per quátuor mundi partes diuulgárunt, ipſi ſuis méritis & précibus, hanc tẽpeſtâtem à término iſto, & ab ómnibus Chriſtianôrum fínibus, ab eôdem Dómino noſtro Ieſu Chriſto obtíneant effugári & depélli.

Exorciſmus.

ET ego peccâtor, & Chriſti ſacérdos, ſeu miniſter, licet indígnus, auctoritâte & virtûte eiúſdem Dei & Dómini noſtri Ieſu Chriſti ſummi Imperatôris, non mea poténtia innixus & confiſus, vobis præcípio immundíſsimi ſpíritus, qui has nubes ſeu nébulas cõcitâtis, in vitûte eiúſdẽ Dei, & Dómini noſtri Ieſu Chriſti, per ✠ ſanctíſsimã eius Incarnatiônem, per ſanctam Natiuitâtẽ, per Baptíſmum & Ieiunium ipsîus, per eius ſacratíſsimam Crucem ✠ & Paſsiônem, per ſanctam Reſurrectiônem, per admirábilem Aſcenſiônem, per tremén-

méndum Aduéntum eius & Iudícium, per mérita intemerátæ ſempérque Vírginis Maríæ,& ſanctíſſimi N. & per mérita ómniũ Sanctórum, vt exeâtis ab eis, & eas diſpergâtis in locis ſiluéſtribus & incúltis, quátenus nocêre non poſsint hóminibus, animálibus, frúctibus, herbis, arbóribus, aut quibuſcúmque rebus humánis vſibus deputátis. Per eúndem Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui ventûrus eſt iudicâre viuos & mórtuos,& ſęculum per ignem. Amen. Ipſe vobis ímperat dæmones, qui has nubes commouêtis,de quo de nube lúcida dictũ eſt: Hic eſt Fílius meus diléctus,in quo mihi benè complácui.✠ Ipſe vobis ímperat, qui ſua ſacratíſsima Cruce, & córporis ſui ſanctíſsimi in ea extenſiône äërem purgâuit.✠ Ipſe vobis ímperat,qui per mortem ſuam vos,príncipem veſtrũ, mortémque deuícit & ligâuit, atque æternæ gehénnæ mãcipâuit ígnibus.✠ Ipſe vobis ímperat, qui inférno ſpoliáto ſurréxit à mórtuis.✠ Ipſe vobis ímperat,qui poſt quadragínta dies nube ſuſcéptus virtûte ſua aſcéndit in cœlum.✠ Ipſe vobis ímperat, qui ventûrus eſt iudicâre viuos & mórtuos,& ſæculum per ignem.℟. Amen.

Et poſteà oſtendat Crucem in aëra dicens:

Ecce lignum ſanctiſsimæ Crucis,fúgite partes aduérſæ:vicit enim vos,& mundum Dóminus noſter Ieſus Chriſtus Fílius Dei, Imperâtor ſummus, leo de tribu Iuda,radix Dauid.

Poſteà aqua benedicta in modum Crucis, ✠ ſpergat quatuor latera. Dicẽdæ ſunt etiã Litaniæ, ſup. pag. 49. ſi nondũ quíeuit tẽpeſtas. Pſal. Quicũque vult. Añа. Salue Regina. & Sub tuum præſidium. Canticũ. Benedícite ómnia. cũ ℣. Glória Patri, & Fílio. in quolibet verſu dicti Cantici.

Deinde ℣. Benedicâmus Patrem, & Fílium cum ſancto Spíritu.

℟. Laudêmus, & ſuperexaltêmus eũ in ſæcula.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei Génitrix.

℟. Vt digni efficiâmur promiſsiónibus Chriſti.

℣. Exúrge Chriſte, ádiuua nos.

℟. Et líbera nos propter Nómen tuum.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam, &c.

℣. Dóminus vobíſcum, &c. Orêmus.

OMnipotẽs ſempitérne Deus, qui dedíſti fámulis tuis in confeſsiône veræ fídei, ætérnæ Trinitâtís glóriam agnóſcere, & in poténtia maieſtâtis adorâre vnitâtem: quæſumus, vt eiúſdem fidei firmitâte, ab ómnibus ſemper muniâmur aduérſis.

PRótege Dómine fámulos tuos ſubſídijs pacis; & Beátæ Maríæ ſemper Vírginis patrocínio confidéntes, à cunctis hóſtibus, & perículis redde ſecúros.

A Domo tua, quęſumus Dómine, ſpiritáles nequítiæ repellántur, & aëreârum diſcêdat malígnitas tempeſtâtum.

AD te nos Dómine clamántes exáudi, & áëris ſerenitâtem nobis tribue ſupplicántibus, vt qui iuſtè pro peccátis afflígimur, miſericórdia tua præueniénte, clementiam ſentiâmus.

LArgíri, & conſeruâre fructus terræ dignâre Dómine Deus noſter, vt temporálibus gaudeâmus, auxílijs, & proficiâmus ſpirituálibus increméntis. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

POteſt dici & Oratio illius Sãcti, in cuius honore cõſtructa eſt Eccleſia, & aliorũ Sanctorum, in quibus plus de eorũ adiutorio confidimus propter ſpecialẽ deuotionẽ noſtram. Poſſunt dici aliæ etiã deuotæ Orationes cum compunctione, & cordis contritione, implorando ſemper miſericordiam Dei. Et ſi adhuc tempus tẽpeſtuoſum perſeuerauerit, poterunt ſuprà dicta pluries repeti.

Cùm verò, tempeſtate pacata, ſerenũ adfuiſſe viderint, regrediantur ad Eccleſiã, dicentes Hymnũ: Te Deum, &c. pag. 88. Quo finito Sacerdos dicit: ℣. Dóminus vobíſcum, &c. Orêmus.

AGimus tibi grátias, omnípotens Deus, pro vniuérſis beneficijs tuis. Qui viuis, & regnas, &c. ℟. Amẽ. Deinde claudit ſacrariũ, ſi forte remanſit reſeratũ, & reuertuntur in Conuentum.

De Exorciſmo domus à dæmonio vexatæ.

¶ III.

PRior, vel quilibet alius Sacerdos, ſtola ſuper cappam ad collum impoſita, cum ali-

quibus

quibus Fratribus, Crucem paruam portans in manibus, accedit ad locum, in quo frequentius dęmonis incurſiones fieri ſolent, incipitque Exorciſmum in hac forma.

In Nómine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spíritus ſancti. ✠ Amen.

℣. Adiutórium noſtrum in Nómine Dómini.

℟. Qui fecit cœlum, & terram.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Omnípotens ſempitérne Deus, qui Sacerdótibus tuis tantā grátiam contuliſti; vt quidquid in tuo Nómine dignè, perféctèq; ab eis ágitur, à te fieri credátur: quæſumus imménſam cleméntiam tuam, vt quod modo viſitatûri ſumus, víſites; & quidquid benedictûri, bene ✠ dícas, & ad ea, quæ actûri ſumus, déxteram tuæ poténtiæ exténdas, ſitque ad noſtræ humilitátis intróitum, Sanctôrum tuôrum méritis, fuga dæmonum, & Angeli pacis íngréſſus. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen. Orêmus.

Deus Angelôrum, Deus Archangelôrum, Deus Prophetârum, Deus Apoſtolôrum, Deus Mártyrum, Deus Confeſſôrum, Deus Vírginum, & ómnium benè viuéntium; Deus, & Pater Dómini noſtri Ieſu Chriſti, te ínuoco, & Nómen ſanctum tuum, atque præclaræ Maieſtátis clemẽtiam ſupplex depóſco; vt mihi auxílium præſtâre

dignêris aduérſus nequíſsimum ſpíritum; vt vbicúmque ſit, audîto Nómine tuo velóciter éxeat, & recédat. Per Chriſtum Dñm noſtrũ. *Reſp.* Amẽ.

Coniuratio.

ADiûro te, ſerpens antíque, per Iúdicem viuórum, & mortuôrum; per Factôrem mũdi, qui habet poteſtâtem míttere te in gehénnã; ab hac domo feſtinus diſcédas. Ipſe tibi ímperat maledícte diábole, qui ventis, ac mari, & tempeſtátibus imperâuit. Ipſe tibi ímperat, qui te de ſupérnis cœlôrum in inferiôra terræ demérgi præcêpit. Ipſe tibi ímperat, qui te retrórſum abîre præcêpit. Audi ergo Sathâna, & time, & victus, ac proſtrátus recêde adiurâtus in Nómine Dómini noſtri Ieſu Chriſti, qui vẽtûrus eſt iudicâre viuos & mórtuos, & ſæculum per ignem. ℞. Amen.

Poſteà Sacerdos incipiat quindecim Pſalmos Graduales: proſequendo quinque priores aſpergat loca domus aqua benedicta. Pſalm. Ad Dominũ, cùm trbulárer, clamâui Pſalm. Leuâui óculos meos. Pſalm. Lætâtus ſum. Pſalm. Ad te leuâui. Pſalm. Niſi quia Dóminus. ingulos cum Glória Patri terminando. Deinde Kýrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kýrie eléiſon. Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos indûcas in tentatiônem.

℞. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Domum tuam, Dómine, cleménter ingrédere, & in tuôrum córdibus fidélium perpétuam tibi cónſtrue manſiônem; & præſta, vt in hac domo nulla malignôrum ſpírituũ dominétur nequítia. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

Deinde dicantur alij quinque Pſalmi; interimq; Sacerdos aſpergat, vt priùs, loca domus. Pſal. Qui confidunt in Dómino. Pſalm. In conuerténdo. Pſalm. Niſi Dóminus. Pſalm. Beâti omnes. Pſal. Sæpè expugnauérunt. Singuli cum Glória Patri. Poſteà: Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos indûcas in tentatiônem, &c.

℣. Dómine exaudi oratiônem meam, &c.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Omnípotens ſempitérne Deus, qui in omni loco dominatiônis tuæ totus aſsíſtis, totus operâris; adéſto ſupplicatiónibus noſtris, vt huius domus ſis protéctor, & nulla hîc nequítia contráriæ poteſtâtis obſiſtat, ſed virtûte Spíritus ſancti, & operatiône fiat tibi hîc primum ſeruítium, & deuôta libértas exîſtat. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Poſt hæc vltimi quinque Pſalmi, proſequantur, aſpergendo ſimiliter (ſi quæ remanẽt loca domus)

Pſalm.

Pſalm. De profúndis. Pſalm. Dómine non eſt exaltâtum. Pſal. Meménto Dómine Dauid. Pſal. Ecce quàm bonum. Pſalm. Ecce nũc benedícite. Singuli cum Glória Patri. Poſteà Kyrie eléiſon. Christe eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter,&c.

℣. Et ne nos indûcas in tentatiônem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Deus, qui in omni loco dominatiônis tuæ cuſtos, & protéctor aſsíſtis: exáudi nos, quæſumus; vt inuiolábilis huius domus permáneat bene ✠ díctio, & beneficia tui múneris, vniuérſitas, quæ ſúpplicat, mereâtur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

His expletis, in principaliori loco domus legat ſequens Euangelium.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

℣. Sequentia ſancti Euangélij ſecúndum Lucã.

℟. Glória tibi Dómine. *Cap. 19.*

In illo témpore: Ingreſſus Ieſus perambulábat Ierico. Et ecce vir nómine Zachæus: & hic erat Princeps publicanôrum, & ipſe diues. Et quærêbat vidêre Ieſum quis eſſet; & non póterat præ turba; quia ſtatura puſillus erat. Et præcúrrens

aſcéndit in arborem ſycomôrum, vt vidêret eum, quia inde erat tranſitúrus. Et cùm venîſſet ad locum, ſuſpíciens Ieſus vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe feſtínans deſcénde; quia hódie in domo tua opórtet me manêre. Et feſtínans deſcéndit, & excêpit eum gáudens. Et cùm vidêrent omnes murmurâbant, dicéntes, quod ad hóminem peccatôrem diuertîſſet. Stans autem Zachæus dixit ad Ieſum: Ecce dimídium bonôrum meôrum, Dómine, do paupéribus; & ſi quid aliquem defraudâui, reddo quádruplum. Ait Ieſus ad eum: Quia hódie ſalus dómui huic facta eſt, eò quod & ipſe ſit filius Abrahæ. Venit enim Fílius hóminis quærere, & ſaluũ fácere quod perierat. ℟. Laus tibi Chriſte.

Deinde benedicit incenſum hoc modo.

PEr interceſsiônem Beáti Michaëlis Archángeli, ſtantis à dextris Altáris incénſi, & omnium electôrum ſuôrum, incénſum iſtud dignêtur Dóminus bene ✠ dícere, & in odórem ſuauitátis accípere. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Poſteà Sacerdos ponit incenſum ſuper ignem, & incenſat domum, dicens:

Incénſum iſtud à te benedíctum aſcéndat ad te Dómine, & deſcéndat ſuper nos miſericórdia tua.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo.

Orê-

Orêmus.

VIſita quęſumus Dómine, habitatiônem iſtã, & omnes inſídias inimíci ab ea longè repêlle; Angeli tui ſancti hábitent in ea, qui nos in pace cuſtódiant, & benedíctio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Dóminũ noſtrum Ieſum Chriſtũ, &c. ℟. Amen.

Tandem domum, & habitatores eius benedicat, dicens:

BEnedíctio Dei Patris, & Fílij, ✠ & Spíritus ſancti deſcéndat ſuper hanc domum, & omnes habitántes in ea, & máneat ſemper. ℟. Amen. Et aſpergat aqua benedicta.

Explicit ſecunda Manualis pars.

TERTIA PARS
MANVALIS
DE MODO
ADMINISTRANDI
Sacramenta infirmis, & de Funeralibus.

CAPVT PRIMVM.

De Communione Fratrum infirmorum.

CVM Frater aliquis grauiter infirmãs communicandus fuerit; Sacriſta, vel alius de commiſsione Prælati, præparet in cella illius menſam cum mappis, cãdelabris cum cereis accenſis, corporalibus, ampullis vitreis vini, & aqua, cum manutergio. Quibus diſpoſitis, Fratres ad cimbali pulſationem congregentur in Sacriſtia; & præcedentibus duobus Fratribus ſine rochetis, quorum alter portet campanulam, alter verò vas aquæ benedictæ cum aſperſorio: & Conuentu per ordinem in cappis cum accenſis can-

delis in ſequente: Prior, vel ipſo grauiter impedito, Supprior, vel alius ex ſenioribus indutus alba, cum ſtola albi coloris ingreditur Eccleſiam, praeuntibus Acolyto cum Cruce ſine haſtili, & ceroferarijs in rochetis, ſtanſq; ibi ante gradus Altaris, dicit: In Nómine Patris, &c. ℣. Introíbo, &c. ℣. Adiutórium noſtrum, &c. Confiteor Deo, *cum reliquis, vt in Miſſa.*

Quòd ſi eo tempore Miſſam finierit, prætermiſſa Confeſsione, accedit ad Altare, & facta genuflexione, extrahit è Cuſtodia Hoſtiam paruam, eamq; ponit in Calice, vel alio (ad hoc ſpecialiter aſsignato) vaſe. Deinde operit Calicem cum patena, & velo ſerico tegit, habenſq; velum ſericum à collo pendens, cuius vtraque extremitas ad pectus vſque deſcendat, accipit cum eo Calicem ſanctiſsimi Sacramenti reuerenter; & proceditur ad locum infirmorum proceſsionaliter modo ſupradicto.

Inter eundum igitur Pſalm. Miſerére mei, & aliqui alij (ſi opus fuerit) recitabuntur. Cum verò ingreſſus fuerit ad infirmum Sacerdos, dicat: ℣. Pax huic domui. Et reſpondeatur à circunſtātibus genuflexis. Et ómnibus habitántibus in ea. Et depoſito Calice, ſeu Cuſtodia ſupra menſam, iam præparatam, vt dictum eſt; genuflectit ſanctiſsimo Sacramento, ſurgenſque aſpergit ægrotum in modū Crucis; deinde circunſtantes, dicēs Antiphonam, Aſpérges me Dómine hyſſopo, &c. Pſal. Miſerére mei Deus, ſecúndùm magnam, &c. ℣. Glória Patri, & Fílio, & Spíritui ſancto, &c.

Et repetita Antiphona, Sacerdos verſa ad infirmum facie, dicit:

℣. Saluum fac ſeruum tuum Dómine.

℟. Deus meus ſperántem in te.

℣. Mitte ei Dómine auxílium de ſancto.

℟. Et de Sion tuêre eum.

℣. Nihil proficiat inimícus in eo.

℟. Et filius iniquitâtis non appônat nocêre ei.

℣. Eſto ei Dómine turris fortitúdinis.

℟. A facie inimíci.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Deus infirmitâtis humánæ ſinguláre præſídium, auxílij tui ſuper hunc infirmũ famulum tuum oſténde virtûtem: vt ope miſericórdiæ tuæ adiûtus, Eccleſiæ tuæ ſanctæ incólumis repræſentâri mereâtur. Per Chriſtũ Dñm, &c. ℟. Amen.

Deinde accedens propiùs ad infirmum, quærat ab eo ſuaui, ac molli ſermone: An velit confiteri. Quòd ſi annuerit (amotis arbitris) illius confeſsionem audiat. Deinde moneat eum, vt pro leuioribus culpis dicat: Confíteor Deo, &c. vel ſi fuerit laicus, lingua vulgari: Confieſſome a Dios, &c. Quo dicto, Sacerdos vna cum cæteris, qui adſunt, dicat: Miſereâtur tui, &c. Et poſteà ſolus ſubiungat. Indulgéntiam, abſolutiônem, &c.

Mox

Mox infirmus (ad inſinuationem Sacerdotis) humiliter Prioré, & Fratres deprecetur, vt ſi quid erga eos deliquit, ſibi dimittant: & idem faciat Prælatus, ſi fuerit infirmus, & communioné Viatici ſumpturus: & Sacerdote reſpondente ex parte Fratrum, quod omnia dimittuntur ei: ipſe Sacerdos dicat ægrotanti: Frater, facta iam de culpis: generâli confeſsiône, ſupereſt, vt fidem cônſtanti ánimo cõfiteáris, ac pro Fídei orthodóxæ Articulis ſaltem dicas:

CRedo in Deum Patrem omnípotẽtem, creâtôrem cœli, & terræ. Et in Ieſum Chriſtum Fílium eius vnicum, Dóminum noſtrum: qui concéptus eſt de Spíritu ſancto, natus ex Marîa Vírgine, paſſus ſub Põtio Pilâto, crucifíxus, mortuus, & ſepúltus: deſcéndit ad inféros: tertia die reſurrêxit à mortuis: aſcêndit ad cœlos: ſedet ad dexterã Dei Patris omnipoténtis: inde ventûrus eſt iudicâre viuos & mortuos. Credo in Spíritum ſanctum, ſanctam Eccléſiam cathólicam, ſanctôrum communiônem, remiſsiônem peccatôrum, carnis reſurrectiônem, vitam æternam. Amen.

Si fuerit laicus, dicantur ei hæc verba lingua vulgari: Hermano, hecha ya la confeſsion general de ſus culpas; reſta agora, que con animo conſtante confieſſe la Fè: y en ſeñal deſto, y de que crée firmemente todo lo que ella, y la ſanta Madre Igleſia enſeñã, diga por lo menos el Credo: Creo en Dios

Padre,&c. vſque in finem. Quòd ſi ita fuerit infirmitate grauatus,vt nequaquam id ſolus dicere valeat: circunſtantes adiuuent eum, dicentes ſimul: Credo in Deum, vel Creo en Dios Padre todo poderoſo,&c.

Poſteà Sacerdos accipiens Corpus Domini in calice, vel patena proponat illud infirmo, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccâta mundi. Frater, credis hoc eſſe verum corpus Dómini noſtri Ieſu Chriſti, in quo eſt ſalus,vita,& reſurrectio noſtra? Quo reſpondente: Credo. Subiúgat: Igitur nûc ſupereſt,charíſsime Frater,vt poſt peccatôrum tuôrum,& fidei factam confeſsiônem, te etiam indignum confiteâris,& réputes, qui poſsis accipere tantum Dóminum: atque in huiuſmodi confeſsiônis ſignum, ter pectus tundens, dicas: Dómine, non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum: ſed tantùm dic verbo, & ſanábitur ánima mea. Sacerdos ſumpturus ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum ſtola circundabit collum, & vtrumque humerum.

Si autem infirmus fuerit aliquis Frater laicus, Sacerdos poſtquam venerabile Sacramentum acceperit in manibus, & illud ante oculos infirmi propoſuerit, ea quæ ſupra dicta ſunt, lingua vulgari dicat hoc modo: Vee aqui, mi Hermano, le traemos el cuerpo de nueſtro Señor Ieſu Chriſto: Cree firmemente, que eſto que yo agora

tengo en mis manos, es ſu verdadero cuerpo, en quien eſtà nueſtra ſalud,vida,y reſurreccion? Q io reſpõdente: C reo. Subiungat: R eſta pues agora, Hermano cariſsimo, que deſpues de auer hecho la confeſsion de ſus culpas,y de la Fè Catolica,ſe cõfieſſe tambien, y tenga por indigno de recebir à tan gran Señor como eſte; y en manifeſtacion deſte conocimiento, y humilde confeſsion diga, hiriẽdo ſu pecho tres vezes S eñor, no ſoy digno, que entreis en mi morada;mas por vueſtra ſola palabra,mi anima ſerà ſana,y ſalua.

Quo tacto communicet eum Sacerdos, dicens: A ccipe, Frater, viáticum Córporis Dómini noſtri Ieſu Chriſti, qui te cuſtódiat ab hoſte malígno, & perdûcat in vitam ætérnam. Amen.

Quòd ſi mors immineat, & periculum ſit in mora,tunc dicto, M iſereâtur tui, &c. prædictis omnibus, vel ex parte omiſsis,ei ſtatim viaticum præbeatur.

Deinde abluat digitos in Calice cum vino, & aqua, & huiuſmodi ablutio in aliud vas iniecta tribuatur infirmo, vel in Piſcinam proijciatur. His omnibus peractis,dicat:

℣. D ómine exáudi oratiônem meam.

℟. E t clamor meus ad te véniat.

℣. D óminus vobiſcum.

℟. E t cum Spíritu tuo.

Orémus.

DOmine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, te fidéliter deprecâmur, vt accipiénti Fratri noſtro Sacroſanctum Corpus Dómini noſtri Ieſu Chriſti Filij tui, tam córpori, quàm ánimæ proſit ad remédium ſempitérnum.

EXáudi nos Dñe ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, & mittere dignêris ſanctũ Angelum tuum de cœlis, qui cuſtódiat, fóueat, prótegat, víſitet, atq; defendat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Chriſtũ Dñm noſtrum. ℟. Amen.

Mox ſubiungat: Benedíctio Dei Patris, & Filij, ✠ & Spíritus ſancti deſcêndat ſuper te, & máneat ſemper. ℟. Amen.

QVòd ſi adhuc Euchariſtia palato adhæſerit, iterũ aliquid propinet pro diſpoſitione ſumentis, quoad Sacramentum amoueatur inde, & glutiatur.

Si infirmus vomituum ægritudine laborat, & ob hanc, vel aliam cauſam ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum eidem ſumere non licet; non deferatur ad eum: prohibitum enim eſt à Pio V. Pont. Max. & à Congregatione Cardinalium de reformatione.

Poſtremo Sacerdos leniter admoneat infirmũ, vt petat Sacramentum Extremæ vnctionis, & ſic reuertatur in Sacriſtiam ordine, quo venerat, comitantibus illũ eiſdem omnibus Fratribus: nola tamen non pulſetur, nec accenſæ candelæ deferantur, niſi fortè (aliquo in caſu) Corpus Domini reportari contigerit.

CAPVT SECVNDVM,

De Sacramento Extremæ vnctionis.

SAcriſta de menſa, ſeu Altari in cella infirmi, & alijs neceſſarijs ad infirmũ vngendum ante omnia diligenter prouideat. Hoc autem Sacramentum conferri debet infirmis in periculo mortis conſtitutis; nec tamen obſeruari debet tempus, in quo ſit de ſalute infirmi deſperatum, ita vt ſenſibus carere incipiat. Conſtat enim ad vberiorem Sacramenti gratiam percipiendam plurimum valere, ſi ægrotus liniatur cùm adhuc in eo integra mens, & ratio vigeat, vt fidem, & religioſam animi voluntatem afferat.

Illis etiam, qui ſenio deficiunt, concedenda eſt ſacramẽtalis vnctio: quia in huiuſmodi ſenibus ipſa ſenectus ægritudo eſt.

Vnctio renum, vt quæ non eſt de ſubſtantia, ſemper omittitur in mulieribus honeſtatis gratia: ac etiam in viris, quibus commodè propter infirmitatem non poterit adminiſtrari. Manus verò, quæ reliquis infirmis interiùs vngi debent, Presbytero infirmo exteriùs vnguntur; cùm priùs in Sacramento Ordinis interius vnctæ fuerint.

Si quis autem aliquo membro caruerit, pars illi propinquior vngenda erit.

Si dubitetur, an infirmus viuus, an mortuus ſit, tunc

Sacerdos vngat eum hac conditionali forma: Si viuus es, per iſtam ſanctam vnctionem, &c.

Alius autem Sacerdos ex circunſtantibus ſtuppa, vel bombacio locum inunctum abſtergat, & eam, vel id in vaſe mundo præparato reponat, & hoc ipſum faciat poſt quamlibet vnctionem, & poſteà comburat, cinereſque proÿciat in piſcinam.

Si Sacerdos intellexerit mortem ægroto imminere, cæteris omnibus prætermiſsis, abſolutè incipiens: Per iſtã ſanctam vnctionem, &c. *vngat incunctanter ægrotũ. Si verò adhuc infirmus vixerit, tunc cætera omnia, quæ prætermiſſa ſunt, exequi debet.*

Si autem infirmum mori contigerit inter vngendum; deſiſtat tunc vngere, & quam primum hoc fuerit deprehenſum, intermiſsis omnibus, incipiatur commendatio animæ: Subuenite, *&c. vt infra.*

De cæremonijs adhibendis in adminiſtrando Extremæ vnctionis Sacramento.

IN primis ad pulſationem cymbali Fratres conueniant in Sacriſtiã; vbi Prælatus, vel alius de eius diſpoſitione, induatur amictu, alba, cingulo, & ſtola violacei coloris, & ita accipiat vas olei ſacri, quod in manibus ſuper patenam deferet. Quo facto, vergũt proceſsionaliter ad locũ infir … *colyto cũ aqua benedict* … *os duos cũ cerei* … *imus Sacerdos,*

erdos, alternatim dicentes Pſalm. Miſerére mei,&c.

Cùm ingreſſus fuerit Sacerdos ad infirmum, primò dicet: Pax huic dómui. Reſpondetur à circunſtantibus: Et ómnibus habitántibus in ea. Deinde poſito ſacri olei vaſe ſupra menſam decenter ornatam, cæteris genuflexis, dicat Verſus, & Orationes ſequentes.

℣. Adiutorium noſtrum in Nómine Dómini.

℞. Qui fecit cœlum,& terram.

℣. Dóminus vobíſcum.

℞. Et cum Spiritu tuo. Orêmus.

INtróeat, Dómine Ieſu Chriſte, domum hanc ſub noſtræ humilitâtis ingréſſu ætérna fœlícitas, diuína proſpéritas, ſerêna lætítia, cháritas fructuôſa, ſánitas ſempitérna: effúgiat ex hoc loco accéſſus dæmonum: adſint Angeli pacis: domúmque hanc déſerat omnis malígna diſcórdia. Magnífica Dómine ſuper nos Nómen ſanctum tuum, & bene✠dic noſtræ conuerſatiôni: ſánctifica noſtræ humilitâtis ingréſſum, qui ſanctus,& pius es, & pérmanes cum Patre, & Spíritu ſancto in ſæcula ſæculôrum. ℞. Amen.

ORêmus,& deprecêmur Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt benedicéndo bene✠dicat hoc tabernáculum, & omnes habitântes in eo, & det eis Angelum bonum cuſtódem, & faciat eos ſibi ſeruîre ad conſiderândum mirabília de lege ſua: auêrtat ab eis omnes con-

trarias poteſtâtes, erípiat eos ab omni formídine, & ab omni perturbatiône, ac ſanos in hoc tabernáculo cuſtodîre dignêtur: Qui cum Patre,& Spíritu ſancto viuit, & regnat Deus in ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen. Orêmus.

EXáudi nos Dómine ſancte; Pater omnípotens, ætérne Deus, & míttere dignêris ſanctum Angelum tuum de cœlis; qui cuſtódiat; fóueat, prótegat, víſitet, atque defendat omnes habitântes in hoc habitáculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde aſpergat infirmum, & cubiculum aqua benedicta, dicendo: Aſperges me,&c. Et Pſalm. Miſerére mei, &c. Glória Patri,&c. Et repetitur Aña. Aſperges me,&c.

Quibus abſolutis, ægrotus humiliter, ad inſinuationem Sacerdotis, deprecetur Prælatum, & omnes alios Fratres, vt de negligentijs, & imperfectionibus ſuis, & ſi quemquam in aliquo offenderit, veniam ſibi impertiantur. Et reſpondens Sacerdos ex parte Fratrum, quod omnia ei de corde dimittuntur, conuerſus ad eoſdem, illos humanæ infirmitatis admoneat, atque vt orent pro infirmo Fratre, in hoc extremo agone mortis luctante.

Poſteà ægrotus dicat: Confiteor Deo, &c. Et adiuuent illum circunſtantes, vel (ſi id dicere nequiuerit) tundens pectus ſuum (ſi cōmodè poterit)

dicat:

dicat: Mea culpa. De vniuérſis peccâtis meis, precor vos, orâre pro me.

Deinde dicāt omnes Fratres: Miſereâtur tui. &c.

Poſteà Prior, ſi adſit (etiam ſi Officium ipſe non faciat) vel eo abſente, Sacerdos dicat hanc deprecationem: Indulgéntiam, abſolutiônem, &c.

Poſteà ipſe etiam Prælatus, ſi ibi fuerit; vel Sacerdos, eo abſente, conferat infirmo virtute Bullarum noſtri Ordinis Indulgentiam plenariam hoc modo.

Concêdo tibi plenáriam Indulgéntiam peccatôrum tuôrum facultâte mihi concéſſa, & commíſſa virtûte Bullârum Ordinis noſtri. Quod ſi præſens mortis períeulum, Deo fauénte, euâſeris; ſit tibi hæc Indulgéntia pro verò mortis artículo reſeruâta.

Finita hac abſolutione, Fratres incipiant Pſalmos pœnitentiales infrà poſitos, Sacerdoſque offerat infirmo Crucem oſculandam: & depoſita Cruce, effundat parum Olei ſacri ex vaſe, vbi reconditur, in patenam. Quo facto, ſtatim dicat:

In Nómine Patris, ✠ & Fílij, ✠ Spíritus ✠ ſancti, extinguâtur in te omnis virtus diaboli per impoſitiônem manuum noſtrârũ, & per inuocatiônẽ ómnium ſanctôrum Angelôrum, Archangelôrum, Patriarchârum, Profetârum, Apoſtolôrum, Mártyrum, Confeſsôrum, Vírginum; atquè ómnium ſimul Sanctôrum. Amen.

Deinde intincto pollice in Oleo ſancto, in modum Crucis vngit infirmum in partibus hic ſubſcriptis, aptando proprio loco verba formæ in hunc modum.

Ad Oculos clauſos.

PEr iſtam ſanctam Vnctiónem, ✠ & ſuam piiſsimam miſericórdiã indúlgeat tibi Dóminus quidquid per viſum deliquíſti. Amen.

Ad Aures.

PEr iſtam ſanctam Vnctiônem, ✠ & ſuam piiſsimam miſericórdiã indúlgeat tibi Dóminus quidquid per áuditum deliquíſti. Amen.

Ad Nares.

PEr iſtam ſanctam Vnctiônem, ✠ & ſuam piiſsimam miſericórdiã indúlgeât tibi Dóminus quidquid per odorâtum deliquîſti. Amen.

Ad Os compreſsis labijs.

PEr iſtam ſanctam Vnctionem, ✠ & ſuam piiſsimam miſericórdiã indúlgeat tibi Dóminus quidquid per guſtum, & locutiônem deliquîſti. Amen.

Ad Manus.

PEr iſtam ſanctam Vnctiônem, ✠ & ſuam piiſsimam miſericórdiã indulgeât tibi Dóminus quidquid per tactum deliquíſti. Amen.

Et aduerte, quod Sacerdotibus, vt dictum eſt, manus non inunguntur interius, ſed exterius.

Ad

Ad Pedes in ſuperiori parte.

PEr iſtam ſanctam Vnctiônem, ✠ & ſuam piiſsimam miſericórdiã indúlgeat tibi Dóminus quidquid per gréſſum deliquîſti. Amen.

Ad Lumbos, ſiue Renes.

PEr iſtam ſanctam Vnctiônem, ✠ & ſuã piiſſimã miſericórdiã indúlgeat tibi Dñs quidquid per lumbôrum delectatiônẽ deliquîſti. Amẽ.

Renum vnctio in mulieribus honeſtatis gratia ſemper omittitur, átque etiam in viris, quando infirmus commodè moueri non poteſt. Sed ſiue in fœminis, ſiue in viris alia corporis pars pro renibus vngi non debet, vt dictum eſt.

Finita vnctione, Sacerdos, qui inunxerit, abluat pollicem cũ aqua, & medulla panis in vaſe mũdo, & tergat cum manutergio ad hoc à Sacriſta præparato; & huiuſmodi ablutio vna cum ſtuppis, aut bombacijs igne crematis in piſcinam proijciatur.

His peractis, Sacerdos proſequatur, vna cũ Fratribus, Pſalmos Pœnitentiales (ſi adhuc finiti non fuerint ab eis) & litanias, vt infra.

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES.

Antiphona. Ne reminiſcaris. Pſalm. 6.

DOmine, ne in furôre tuo árguas me: neque in ira tua corrípias me.

Miſerêre mei Dómine, quóniam infirmus ſum: ſana me Dñe, quóniam conturbâta ſunt oſſa mea.

E t ánima mea turbáta eſt valdè: ſed tu Dómine vſquequô?

C onuértere Dómine, & éripe ánimam meam: ſáluum me fac propter miſericórdiam tuam.

Q uóniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inférno autem quis confitébitur tibi?

L aborâui in gémitu meo, lauábo per ſíngulas noctes lectum meum: lachrimis meis ſtratum meum rigâbo.

T urbátus eſt à furôre óculus meus: inueterâui inter omnes inimícos meos.

D iſcédite à me omnes, qui operámini iniquitâtem: quóniam exaudîuit Dn̄s vocem fletus mei.

E xaudîuit Dóminus deprecatiônem meam: Dóminus oratiônem meam ſuſcêpit.

E rubêſcāt, & cōturbêntur vehemēter oēs inimíci mei: cōuertântur, & erubêſcāt valdè velóciter.

G lória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto.

S icut erat in princípio, &c. Pſalm. 31.

B Eáti quorū remîſſæ ſunt iniquitâtes, & quorum tecta ſunt peccâta.

B eátus vir, cui non imputâuit Dóminus peccâtum: nec eſt in ſpíritu eius dolus.

Q uóniam tacui inueterauêrunt oſſa mea: dum clamârem tota die.

Q uóniā die, ac nocte grauâta eſt ſuper me manus tua: conuérſus ſum in erúmna mea, dum confígitur ſpina.

Delictum meum cógnitum tibi feci:& iniuſtítiam meam non abſcóndi.

Dixi, Confitêbor aduérſum me iniuſtítiam meam Dómino:& tu remiſiſti impietâtem peccâti mei.

Pro hac orábit ad te omnis Sanctus: in témpore opportúno.

Verumtamen in dilúuio aquãrum multârum: ad eum non approximâbunt.

Tu es refúgiũ meum à tribulatiône, quæ circúmdedit me: exultátio mea, erue me à circumdántibus me.

Intellêctum tibi dabo, & ínſtruam te in via hac, qua gradiéris: firmâbo ſuper te óculos meos.

Nolîte fíeri ſicut equus, & mulus: quibus non eſt intellêctus.

In camo, & fræno maxîllas eôrum conſtrínge: qui non appróximant ad te.

Multa flagélla peccatôris: ſperântem autem in Dómino miſericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino, & exultâte iuſti: & gloriámini omnes recti corde.

Glória Patri, & Fílio, &c. Pſalm. 37.

Domine, ne in furôre tuo ãrguas me: neque in ira tua corrípias me.

Quóniam ſagîttæ tuæ infíxæ ſunt mihi: & confirmâſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſánitas in carne mea, à fácie iræ tuæ: non eſt pax óſsibus meis, à fácie peccatôrum meórũ.

Oremus.

DOmine ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, te fidéliter deprecâmur, vt accipiénti Fratri noſtro Sacroſanctum Corpus Dómini noſtri Ieſu Chriſti Filij tui, tam córpori, quàm ánimæ proſit ad remédium ſempitérnum.

EXáudi nos Dñe ſancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, & mittere dignêris ſanctũ Angelum tuum de cœlis, qui cuſtódiat, fóueat, prótegat, víſitet, atq; defendat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Chriſtũ Dñm noſtrum. ℞. Amen.

Mox ſubiungat: Benedíctio Dei Patris, & Filij, ✠ & Spíritus ſancti deſcêndat ſuper te, & máneat ſemper. ℞. Amen.

QVòd ſi adhuc Euchariſtia palato adhæſerit, iterũ aliquid propinet pro diſpoſitione ſumentis, quoad Sacramentum amoueatur inde, & glutiatur.

Si infirmus vomituum ægritudine laborat, & ob hanc, vel aliam cauſam ſacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum eidem ſumere non licet; non deferatur ad eum: prohibitum enim eſt à Pio V. Pont. Max. & à Congregatione Cardinalium de reformatione.

Poſtremo Sacerdos leniter admoneat infirmũ, vt petat Sacramentum Extremæ vnctionis, & ſic reuertatur in Sacriſtiam ordine, quo venerat, comitantibus illũ eiſdem omnibus Fratribus: nola tamen non pulſetur, nec accenſæ candelæ deferantur, niſi fortè (aliquo in caſu) Corpus Domini reportari contigerit.

CAP.

CAPVT SECVNDVM,

De Sacramento Extremæ vnctionis.

SAcriſta de menſa, ſeu Altari in cella infirmi, & alijs neceſſarijs ad infirmũ vngendum ante omnia diligenter prouideat. Hoc autem Sacramentum conferri debet infirmis in periculo mortis conſtitutis: nec tamen obſeruari debet tempus, in quo ſit de ſalute infirmi deſperatum, ita vt ſenſibus carere incipiat. Conſtat enim ad vberiorem Sacramenti gratiam percipiendam plurimum valere, ſi ægrotus liniatur cùm adhuc in eo integra mens, & ratio vigeat, vt fidem, & religioſam animi voluntatem afferat.

Illis etiam, qui ſenio deficiunt, concedenda eſt ſacramẽtalis vnctio: quia in huiuſmodi ſenibus ipſa ſenectus ægritudo eſt.

Vnctio renum, vt quæ non eſt de ſubſtantia, ſemper omittitur in mulieribus honeſtatis gratia: ac etiam in viris, quibus commodè propter infirmitatem non poterit adminiſtrari. Manus verò, quæ reliquis infirmis interiùs vngi debent, Presbytero infirmo exteriùs vnguntur; cùm priùs in Sacramento Ordinis interius vncta fuerint.

Si quis autem aliquo membro caruerit, pars illi propinquior vngenda erit.

Si dubitetur, an infirmus viuus, an mortuus ſit, tunc

Sacer-

Sacerdos vngat eum hac conditionali forma: Si viuus es,per iſtam ſanctam vnctionem,&c.

Alius autem Sacerdos ex circunſtantibus ſtuppa, vel bombacio locum inunctum abſtergat, & eam, vel id in vaſe mundo præparato reponat,& hoc ipſum faciat poſt quamlibet vnctionem, & poſteà comburat, cinereſque proijciat in piſcinam.

Si Sacerdos intellexerit mortem ægroto imminere, cæteris omnibus prætermiſſis, abſolutè incipiens: Per iſtã ſanctam vnctionem,&c. *vngat incunctanter ægrotũ. Si verò adhuc infirmus vixerit, tunc cætera omnia, quæ prætermiſſa ſunt, exequi debet.*

Si autem infirmum mori contigerit inter vngendum; deſiſtat tunc vngere, & quam primum hoc fuerit deprehenſum, intermiſſis omnibus, incipiatur commendatio animæ: Subuenite,*&c. vt infra.*

De cæremonijs adhibendis in adminiſtrando Extremæ vnctionis Sacramento.

IN primis ad pulſationem cymbali Fratres conueniant in Sacriſtiã; vbi Prælatus, vel alius de eius diſpoſitione, induatur amictu, alba, cingulo, & ſtola violacei coloris, & ita accipiat vas olei ſacri, quod in manibus ſuper patenam deferet. Quo facto, pergit proceſſionaliter ad locũ infirmorũ, præcedente vno Acolyto cũ aqua benedicta, & altero cũ Cruce ſine aſtili inter alios duos cũ cereis accẽſis, & poſt eos Fratres per ordinẽ, vltimus Sa-

cerdos,

erdos, alternatim dicentes Pſalm. Miſerére mei,&c.
Cùm ingreſſus fuerit Sacerdos ad infirmum, primò dicet: Pax huic dómui. Reſpondetur à circunſtantibus: Et ómnibus habitántibus in ea. Deinde poſito ſacri olei vaſe ſupra menſam decenter ornatam, cæteris genuflexis, dicat Verſus, & Orationes ſequentes.

℣. Adiútorium noſtrum in Nómine Dómini.
℟. Qui fecit cœlum,& terram.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spiritu tuo. Orêmus.

INtróeat, Dómine Ieſu Chriſte, domum hanc ſub noſtræ humilitâtis ingréſſu ætérna fœlícitas, diuína proſpéritas, ſerêna lætítia, cháritas fructuôſa, ſánitas ſempitérna: effúgiat ex hoc loco accéſſus dæmonum: adſint Angeli pacis: domumque hanc déſerat omnis malígna diſcórdia. Magnífica Dómine ſuper nos Nómen ſanctum tuum, & bene✠dic noſtræ conuerſatiôni: ſánctifica noſtræ humilitâtis ingréſſum, qui ſanctus,& pius es, & pérmanes cum Patre, & Spíritu ſancto in ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

ORêmus,& deprecêmur Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt benedicéndo bene✠dícat hoc tabernáculum, & omnes habitântes in eo, & det eis Angelum bonum cuſtódem, & fáciat eos ſibi ſeruîre ad conſiderândum mirabília de lege ſua: auêrtat ab eis omnes con-

trarias poteſtátes, erípiat eos ab omni formídine, & ab omni perturbatióne, ac ſanos in hoc tabernáculo cuſtodíre dignêtur: Qui cum Patre,& Spíritu ſancto viuit, & regnat Deus in ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen. Orêmus.

EXáudi nos Dómine ſancte; Pater omnípotens,ætérne Deus, & míttere dignêris ſanctum Angelum tuum de cœlis; qui cuſtódiat, fóueat,prótegat,víſitet, atque defendat omnes habitântes in hoc habitáculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde aſpergat infirmum, & cubiculum aqua benedicta, dicendo: A ſperges me,&c. Et Pſalm. M iſerére mei, &c. G lória Patri,&c. Et repetitur Aña. A ſperges me,&c.

Quibus abſolutis, ægrotus humiliter, ad inſinuationem Sacerdotis, deprecetur Prælatum, & omnes alios Fratres, vt de negligentijs, & imperfectionibus ſuis, & ſi quemquam in aliquo offenderit, veniam ſibi impertiantur. Et reſpondens Sacerdos ex parte Fratrum, quod omnia ei de corde dimittuntur, conuerſus ad eoſdem, illos humanæ infirmitatis admoneat, atque vt orent pro infirmo Fratre, in hoc extremo agone mortis luctante.

Poſteà ægrotus dicat: C onfiteor Deo, &c. Et adiuuent illum circunſtantes, vel (ſi id dicere nequiuerit) tundens pectus ſuum (ſi cõmodè poterit)

dicat:

dicat: Mea culpa. De vniuérſis peccâtis meis, precor vos, orâre pro me.

Deinde dicāt omnes Fratres: Miſereâtur tui. &c.

Poſteà Prior, ſi adſit (etiam ſi Officium ipſe non faciat) vel eo abſente, Sacerdos dicat hanc deprecationem: Indulgéntiam, abſolutiônem, &c.

Poſteà ipſe etiam Prælatus, ſi ibi fuerit; vel Sacerdos, eo abſente, conferat infirmo virtute Bullarum noſtri Ordinis Indulgentiam plenariam hoc modo.

Concêdo tibi plenáriam Indulgéntiam peccatôrum tuôrum facultâte mihi concéſſa, & commíſſa virtûte Bullârum Ordinis noſtri. Quod ſi præſens mortis perículum, Deo fauénte, euáſeris; ſit tibi hæc Indulgéntia pro verò mortis artículo reſeruâta.

Finita hac abſolutione, Fratres incipiant Pſalmos pœnitentiales infrà poſitos, Sacerdoſque offerat infirmo Crucem oſculandam: & depoſita Cruce, effundat parum Olei ſacri ex vaſe, vbi reconditur, in patenam. Quo facto, ſtatim dicat:

In Nómine Patris, ✠ & Fílij, ✠ Spíritus ✠ ſancti, extinguâtur in te omnis virtus diaboli per impoſitiônem manuum noſtrârũ, & per inuocatiônẽ ómnium ſanctôrum Angelôrum, Archangelôrum, Patriarchârum, Profetârum, Apoſtolôrum, Mártyrum, Confeſsôrum, Vírginum; atquè ómnium ſimul Sanctôrum. Amen.

Deinde intincto pollice in Oleo ſancto, in modum Crucis vngit infirmum in partibus hic ſubſcriptis, aptando proprio loco verba formæ in hunc modum.

Ad Oculos clauſos.

PEr iſtam ſanctam Vnctiônem, ✠ & ſuam piiſsimam miſericórdiã indúlgeat tibi Dóminus quidquid per viſum deliquíſti. Amen.

Ad Aures.

PEr iſtam ſanctam Vnctiônem, ✠ & ſuam piiſsimam miſericórdiã indúlgeat tibi Dóminus quidquid per áuditum deliquíſti. Amen.

Ad Nares.

PEr iſtam ſanctam Vnctiônem, ✠ & ſuam piiſsimam miſericórdiã indúlgeat tibi Dóminus quidquid per odorâtum deliquîſti. Amen.

Ad Os compreſsis labijs.

PEr iſtam ſanctam Vnctionem, ✠ & ſuam piiſsimam miſericórdiã indúlgeat tibi Dóminus quidquid per guſtum, & locutiônem deliquîſti. Amen.

Ad Manus.

PEr iſtam ſanctam Vnctiônem, ✠ & ſuam piiſsimam miſericórdiã indulgeat tibi Dóminus quidquid per tactum deliquíſti. Amen.

Et aduerte, quod Sacerdotibus, vt dictum eſt, manus non inunguntur interius, ſed exterius.

Ad

Ad Pedes in ſuperiori parte.

PEr iſtam ſanctam Vnctiônem, ✠ & ſuam piiſsimam miſericórdiã indúlgeat tibi Dóminus quidquid per gréſſum deliquiſti. Amen.

Ad Lumbos, ſiue Renes.

PEr iſtam ſanctam Vnctiônem, ✠ & ſuã piiſſimã miſericórdiã indúlgeat tibi Dñs quidquid per lumbôrum delectatiônẽ deliquîſti. Amẽ.

Renum vnctio in mulieribus honeſtatis gratia ſemper omittitur, átque etiam in viris, quando infirmus commodè moueri non poteſt. Sed ſiue in fœminis, ſiue in viris alia corporis pars pro renibus vngi non debet, vt dictum eſt.

Finita vnctione, Sacerdos, qui inunxerit, abluat pollicem cũ aqua, & medulla panis in vaſe mũdo, & tergat cum manutergio ad hoc à Sacriſta præparato; & huiuſmodi ablutio vna cum ſtuppis, aut bombacijs igne crematis in piſcinam proijciatur.

His peractis, Sacerdos proſequatur, vna cũ Fratribus, Pſalmos Pœnitentiales (ſi adhuc finiti non fuerint ab eis) & litanias, vt infra.

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES.

Antiphona. Ne reminiſcaris. Pſalm. 6.

DOmine, ne in furôre tuo árguas me: neque in ira tua corrípias me.

Miſerêre mei Dómine, quóniam infirmus ſum: ſana me Dñe, quóniam conturbâta ſunt oſſa mea.

E t ánima mea turbáta eſt valdè: ſed tu Dómine vſquequô?

C onuértere Dómine, & éripe ánimam meam: ſáluum me fac propter miſericórdiam tuam.

Q uóniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inférno autem quis confitébitur tibi?

L aborâui in gémitu meo, lauâbo per ſingulas noctes lectum meum: láchrimis meis ſtratum meum rigâbo.

T urbâtus eſt à furôre óculus meus: inueterâui inter omnes inimícos meos.

D iſcédite à me omnes, qui operámini iniquitâtem: quóniam exaudîuit Dñs vocem fletus mei.

E xaudîuit Dóminus deprecatiônem meam: Dóminus oratiônem meam ſuſcêpit.

E rubêſcăt, & cõturbêntur vehemẽter oẽs inimíci mei: cõuertântur, & erubêſcăt valdè velóciter.

G lória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto.

S icut erat in princípio, &c. Pſalm. 31.

B Eáti quorũ remîſſæ ſunt iniquitâtes, & quorum tecta ſunt peccâta.

B eátus vir, cui non imputâuit Dóminus peccâtum: nec eſt in ſpíritu eius dolus.

Q uóniam tacui inueterauêrunt oſſa mea: dum clamârem tota die.

Q uóniã die, ac nocte grauâta eſt ſuper me manus tua: conuérſus ſum in erúmna mea, dum confígitur ſpina.

D elí-

Delictum meum cógnitum tibi feci:& iniuſtitiam meam non abſcóndi.

D ixi, Confitêbor aduérſum me iniuſtítiam meam Dómino:& tu remiſiſti impietâtem peccâti mei.

P ro hac orábit ad te omnis Sanctus : in témpore opportúno.

V erumtamen in dilúuio aquãrum multârum : ad eum non approximâbunt.

T u es refúgiū meum à tribulatiône, quæ circúmdedit me : exultátio mea, erue me à circumdántibus me.

In tellêctum tibi dabo, & ínſtruam te in via hac, qua gradiéris:firmâbo ſuper te óculos meos.

N olíte fíeri ſicut equus, & mulus : quibus non eſt intellêctus.

I n camo, & fræno maxíllas eôrum conſtrínge: qui non appróximant ad te.

Multa flagélla peccatôris: ſperântem autem in Dómino miſericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino, & exultâte iuſti: & gloriámini omnes recti corde.

Glória Patri, & Fílio, &c. Pſalm. 37.

DOmine, ne in furôre tuo ãrguas me : neque in ira tua corrípias me.

Quóniam ſagíttæ tuæ infixæ ſunt mihi : & confirmâſti ſuper me manum tuam.

N on eſt ſanitas in carne mea, à fácie iræ tuæ: non eſt pax óſsibus meis, à fácie peccatôrum meôrū.

Quóniam iniquitâtes meæ ſupergréſſæ ſunt caput meum : & ſicut onus graue, grauâtæ ſunt ſuper me.
Putruêrunt,& corrûptæ ſunt cicatríces meæ:à fácie inſipiéntiæ meæ.
Miſer factus ſum, & curuâtus ſum vſque in finem: tota die contriſtâtus ingrediébar.
Quóniam lumbi mei implêti ſunt illuſiónibus : & non eſt ſánitas in carne mea.
Afflíctus ſum,& humiliátus ſum nimis : rugiébam à gémitu cordis mei.
Dómine, ante te omne deſidérium meum: & gémitus meus à te non eſt abſcónditus.
Cor meum conturbâtum eſt, derelíquit me virtus mea:& lumen oculôrum meôrum, & ipſum non eſt mecum.
Amíci mei,& próximi mei : aduérſum me appropinquauêrunt,& ſtetérunt.
Et qui iuxta me erant de longé ſtetêrunt : & vim faciébant,qui quærêbant ánimam meam.
Et qui inquirêbant mala mihi, locúti ſunt vanitâtes:& dolos tota die meditabântur.
Ego autem tamquam ſurdus non audiébam: & ſicut mutus non apériens os ſuum.
Et factus ſum ſicut homo non áudiens:& non habens in ore ſuo redargutiônes.
Quóniam in te Dómine ſperâui : tu exáudies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi, ne quando ſupergáudeant mihi inimici mei: & dum commouêntur pedes mei, ſuper me magna locûti ſunt.

Quóniam ego in flagêlla parâtus ſum: & dolor meus in conſpéctu meo ſemper.

Quóniam iniquitâtem meam annunciâbo: & cogitâbo pro peccâto meo.

Inimíci autem mei viuunt, & confirmâti ſunt ſuper me: & multiplicâti ſunt qui odêrunt me iniquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahêbant mihi: quóniam ſequêbar bonitâtem.

Ne derelínquas me Dñe Deus meus: ne diſcéſſeris à me.

Inténde in adiutórium meum: Dómine Deus ſalûtis meæ.

Glória Patri, & Fílio, &c. Pſalm. 50.

Miſerére mei Deus: ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam.

Et ſecúndùm multitúdinem miſeratiônum tuârum: dele iniquitâtem meam.

Amplius laua me ab iniquitâte mea: & à peccato meo munda me.

Quóniam iniquitâtem meam ego cognóſco: & peccâtum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccâui, & malum coram te feci: vt iuſtificêris in ſermónibus tuis, & vincas cùm iudicâris.

E cce enim in iniquitátibus concéptus ſum: & in peccâtis concépit me mater mea.

E cce enim veritâtem dilexíſti: incérta,& occúlta ſapiéntiæ tuæ manifeſtâſti mihi.

A ſpérges me hyſſópo,& mundâbor: lauâbis me, & ſuper niuem dealbâbor.

A udítui meo dabis gáudium,& lætítiam: & exultâbunt oſſa humiliáta.

A uérte fáciem tuam à peccâtis meis: & omnes iniquitâtes meas dele.

C or mundum crea in me Deus: & ſpíritum rectum ínnoua in viſcéribus meis.

N e proiícias me à fácie tua: & Spíritum ſanctum tuum ne áuferas à me.

R edde mihi lætítiam Salutâris tui: & ſpíritu principâli confírma me.

D océbo iníquos vias tuas: & ímpij ad te conuertêntur.

L íbera me de ſanguínib⁹ Deus, Deus ſalûtis meæ: & exultábit lingua mea iuſtítiam tuam.

D ómine lábia mea apéries: & os meum annunciábit láudem tuam.

Q uóniã ſi voluîſſes ſacrifícium, dedîſſem vtique: holocáuſtis non delectáberis.

S acrifícium Deo ſpíritus contribulátus: cor contrítum,& humiliatum Deus non deſpícies.

B enígne fac Dómine in bona voluntate tua Sion: vt ædificêntur muri Ieruſalêm.

T unc

Tunc acceptâbis ſacrifícium iuſtítiæ, oblatiônes, & holocáuſta: tunc impónent ſuper altáre tuum vítulos.

Glória Patri, & Fílio, &c. Pſalm. 101.

DOmine exáudi oratiônem meam: & clamor meus ad te véniat.

Non auêrtas fáciem tuã à me: in quacúmque die tríbulor, inclína ad me áurem tuam.

In quacúmque die inuocáuero te: velóciter exáudi me.

Quia defecêrunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut crémium aruêrunt.

Percúſſus ſum vt fœnum, & áruit cor meum: quia oblítus ſum comédere panem meum.

A voce gémitus mei: adhæſit os meum carni meę.

Símilis factus ſum pellícano ſolitúdinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicílio.

Vigilâui: & factus ſum ſicut paſſer ſolitárius in tecto.

Tota die exprobrâbant mihi inímici mei: & qui laudâbant me, aduérſum me iurâbant.

Quia cínerem tanquam panem manducâbam: & potum meum cum fletu miſcêbam.

A fácie iræ, & indignatiônis tuæ: quia éleuans alliſiſti me.

Dies mei ſicut vmbra declinauêrunt: & ego ſicut fœnum árui.

Tu áutem Dómine in ætérnum pérmanes: &

memoriale tuum in generatiônem, & generatiônem.

Tu exurgens miseréberis Siôn: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.

Quóniam placuêrunt ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius miſerebûntur.

Et timébunt gentes Nómen tuum Dómine: & omnes Reges terræ glóriam tuam.

Quia ædificâuit Dóminus Siôn: & vidébitur in glória ſua.

Reſpêxit in oratiônem humílium: & non ſpreuit precem eôrum.

Scribántur hæc in generatiône áltera: & pópulus, qui creábitur, laudâbit Dóminum.

Quia proſpêxit de excélſo ſancto ſuo: Dóminus de cœlo in terram aſpêxit.

Vt audîret gémitus compeditôrum: vt ſólueret fílios interemptôrum.

Vt annúntient in Siôn Nómen Dómini: & láudem eius in Ieruſalêm.

In conueniéndo pópulos in vnum: & Reges vt ſéruiant Dómino.

Reſpóndit ei in via virtûtis ſuæ: paucitâtem diérum meôrum nuntia mihi.

Ne réuoces me in dimídio diérum meôrum: in generatiônem, & generatiônem anni tui.

Inítio tu Dómine terram fundâſti: & ópera mánuum tuârum ſunt cœli.

Ipſi perîbunt, tu autem pérmanes: & omnes ſicut veſtiméntum veteráſcent.

Et ſicut opertórium mutâbis eos, & mutabûntur: tu áutem idem ipſe es;& anni tui non defícient.

Fílij ſeruôrum tuôrum habitábunt: & ſemen eôrum in ſæculum dirigêtur.

Glória Patri,& Fílio,&c. Pſalm. 129.

DE profúndis clamâui ad te Dómine:Dómine exáudi vocem meam.

Fiant áures tuæ intendéntes: in vocem deprecatiônis meæ.

Si iniquitâtes obſeruáueris Dómine: Dómine quis ſuſtinébit?

Quia apud te propitiátio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo eius: ſperâuit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína vſque ad noctem: ſperet Iſraël in Dómino.

Quia apud Dóminum miſericórdia: & copióſa apud eum redémptio.

Et ipſe rédimet Iſraël:ex ómnib⁹ iniquitátib⁹eius.

Glória Patri,& Fílio,&c. Pſalm. 142.

DOmine exáudi oratiônem meam, áuribus pércipe obſecratiônem meam: in veritâte tua exáudi me in tua iuſtitia.

Et non íntres in iudícium cum ſeruo tuo:quia non iuſtificábitur in conſpéctu tuo omnis viuens.

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam: humiliâuit in terra vitam meam.

Collocâuit me in obſcúris, ſicut mórtuos ſæculi: anxiâtus eſt ſuper me ſpíritus meus, in me turbâtum eſt cor meum.

Memor fui diérum antiquôrum, meditâtus ſum in ómnibus opéribus tuis: in factis mánuum tuârum meditábar.

Expándi manus meas ad te: ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exáudi me Dómine: defécit ſpíritus meus.

Non auêrtas fáciem tuam à me: & ſímilis ero deſcéndentibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam: quia in te ſperâui.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem: quia ad te leuâui ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi: doce me fácere voluntâtem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedûcet me in terram rectam: propter Nómen tuum Dómine viuificâbis me in æquitâte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam: & in miſericórdia tua diſpérdes inimícos meos.

Et perdes omnes, qui tríbulant ánimam meam: quóniam ego ſeruus tuus ſum.

Gló-

Glória Patri,& Fílio,& Spíritui ſancto.
Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculôrum. Amen.

Antiph. Ne reminiſcáris Dómine delícta noſtra, vel paréntum noſtrôrum: neque vindíctam ſumas de peccâtis noſtris.

Litaniæ dicantur vt ſupra pag.49. vſque ad Kyrie eléiſon.

Tunc dicit Sacerdos: Pater noſter,&c.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. Saluum fac ſeruum tuum Dómine.
℟. Deus meus ſperántem in te.
℣. Mitte ei Dómine auxílium de ſancto.
℟. Et de Sion tuêre eum.
℣. Eſto ei Dómine turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Nihil profíciat inimícus in eo.
℟. Et fílius iniquitâtis non appônat nocêre ei.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Domine Deus, qui per Apóſtolum tuum Iacóbum locútus es:Infirmátur quis in vobis?indûcat Presbyteros Ecclêſiæ, & orêt ſuper eum, vngéntes eum oleo in Nómine Dómini,& orátio fidei ſaluábit infirmum, & alleuiábit

eum

eum Dóminus, etſi in peccatis ſit remitténtur ei: cura, quæſumus Redémptor noſter, grátia Spíritus ſancti languóres iſtius infirmi, & ſua ſana vulnera, eiuſque dimítte peccâta, atque dolóres cunctos cordis, & córporis ab eo expélle, plenamque ei intérius, & extérius ſanitâtem miſericórditer redde: vt ope miſericórdiæ tuæ reſtitûtus, ad príſtina reparêtur officia. Qui cum Patre, & eôdem Spíritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

O rêmus.

RESpice, quęſumus Dómine, fámulum tuũ N. Fratrem noſtrum, infirmitâte ſui córporis laborântem, & ánimam réfoue, quã creâſti: vt caſtigatiónibus emendátus, ſéntiat ſe tua medicina ſaluâtum. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

O rêmus.

DOmine ſancte, Pater Omnípotens, æterne Deus, qui benedictiônis tuæ grátiã ęgris infundéndo corpóribus, factúrã tuã multíplici pietâte cuſtódis: ad inuocatiônem tui Nóminis benígnus aſsíſte: vt fámulum tuum ab ægritúdine liberátum, & ſanitâte donátum, déxtera tua érigas, virtûte confirmes, poteſtâte tueâris, atq; Eccléſia tuæ ſanctæ, cũ omni deſiderâta proſperitâte reſtítuas. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

Poſtmodum aſpergat infirmũ in modũ Crucis. Et relinquatur ibi Crux, & collocetur ita, vt infirmus poſsit Crucifixum aſpicere, & adorare.

His peractis, reuertantur ad Sacriſtiam ordine quo venerunt, remanentibus ibidem aliquibus deuotis Fratribus, quos Prior aſsignauerit, qui aſſiduè pro infirmo Deum orent.

CAPVT TERTIVM.

De modo iuuandi morientes Fratres.

FRatri ægroto in extremis agenti Sacerdos aliquis ex prudentioribus Fratribus, quem Prior deſignauerit, aſsiſtat ſemper: qui cùm opportunum eſſe perſpexerit, breuibus quidē, ſed tamen blandis, lenibuſq; ſermonibus Fratrem ad dolorē, & contritionē ſuorum peccatorum, ad deſideriū vitæ æternæ, necnō ad ſpem de diuina miſericordia concipiēdā excitabit: & laqueos, quibus tunc tēporis antiquus ſerpens fideliū animas diuerſimodè irretire conatur (ſecundum diuerſas tentationum ſpecies, diuerſa medicamenta adhibendo) ſolerti cura, ſtudioſaq; ſollicitudine diſſoluat.

Si vero infirmus in fide vacillet; proponātur ei ſanctorum Martyrum exempla, qui in Fidei orthodoxæ teſtimonium, tot miracula ſunt patrati, tormentaq; perpeſsi; his, vel ſimilibus verbis: Indubitánter, & firmíſsimè credo, confiteorq́uè eā omnia, quæ ſancti Apóſtoli, Mártyres, & Confeſsôres credidérunt, & conféſsi ſunt, quæque ſacroſancta Mater Eccléſia tenet, credit, & docet.

Si

Si peccatorum veniam deſperet; proponatur ei quàm magna, & infallibilis ſit Dei miſerentis pietas; & quomodo omnium peccatorum ab origine mundi commiſſorũ numerum, & grauitatẽ minima gutta pretioſiſſimi ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti præponderat. Vtaturq́; exemplis Publicani, Matthæi, Pauli, Mariæ Magdalenæ, & aliorum, qui non ſolùm peccatorum remiſsionem, verumetiam ſublimes in cœlis gloriæ gradus ſunt aſſecuti

Si nimium in ſuis videatur confidere meritis, admoneatur, vt non eorum valore, ſed potiùs virtute, & efficacia Paſsionis Chriſti, per quam mundus redemptus eſt, confidat ſe æternam ſalutem conſequuturum. De his, & de huiuſmodi laqueis Sacerdos ægrotanti aſsiſtẽs illum cautum reddere debet, & excitare crebro ad actus Fidei, Spei, & Charitatis.

Proponatur etiam ante oculos ægroti imago Crucifixi, & reuocentur ei in memoriam Beatiſsima Virgo Maria & Sancti, quos dum eſſet incolumis, priuata veneratione colebat. Et accenſa candela detur ei ad manus, vel ad caput lectuli collocetur, & aqua benedicta frequenter cellulam aſpergendo, dæmones abigantur.

Supradicta poterunt etiam cum ſecularibus obſeruari, aduertendo, vt amici carnales, coniux, liberi, & alia, quibus infirmi animus diuagari poſsit, abigantur. Etſi infirmus in teſtamẽto dubia ſuæ conſcientiæ ſufficienter non explanauerit, Sacerdos ſtatim, ſi poſsibile ſit, ea coram teſtibus explicari, ac deliberari contendat.

Cùm autem Frater iamiam morti appropinquare videbitur,

bitur, percuſsis feſtinè tabulis, ſtatim Fratres vndecumque fuerint, morientem adiuturi accurrant, dicentes alta voce: Credo in Deum, &c. *Quod ſi Fratres tunc fuerint in principio, vel medio refectionis, audito ſigno exeant aliqui, quos Prior deſignauerit; ſi verò circa ſinem ſint, annuente Priore dicatur:* Tu autem Dómine, &c. *& ſurgentibus omnibus, Hebdomadarius dicat:* Agimus tibi grátias, &c.

Tempore autem Miſſæ maioris, vel Horarum canonicarum, Prior, & aliqui, quibus ipſe innuerit, egrediantur, cæteris in Choro vſque ad incepti Officij finem remanentibus. Dum igitur omnes ad morientem vndecumque accurrentes peruenerint, Prior, vel alius Frater ab eo deſignatus, ſtola violacei coloris ad collum impoſita, cæteris genuflexis, Fratrem morientem his, vel ſimilibus orationibus adiuuabit.

Orationes iaculatoriæ.

¶ I.

IN manus tuas Dómine commêndo ſpíritum meum: redemîſti me Dómine Deus veritâtis.

A diuua me miſericordiàrum Pater in hac extrêma neceſsitâte: ſuccûrre ánimæ egénti, & deſolâtæ Dómine Deus noſter.

D ulcíſsime Dómine Ieſû Chriſte, ob honôrem, & virtûtem tuæ benedíctæ Paſsiônis, iube me adſcríbi in númerum electôrum tuôrum.

D ómine Ieſu Chriſte, Fili Dei viui, pone Paſsiônem, Crucem, & mortem tuam inter iudícium tuum, & ánimam meam.

C reâtor, & Redémptor meus, totũ me tibi dedo, non me rénuas; ad te vénio, non me repéllas.

S onet, Dómine Ieſu, in mentis meæ áuribus vox illa dulcis: Hódie mecum eris in Paradíſo.

Q uemádmodũ deſiderat ceruus ad fontes aquârum: ita deſiderat ánima mea ad te Deus.

D ómine ne in furóre tuo árguas me: neque in ira tua corrípias me.

M iſerêre mei Dómine, quóniam infírmus ſum: ſana ánimam meam, quia peccâui tibi.

M iſerêre mei Deus: ſecúndùm magnam miſericordiam tuam. Cum aliquibus alijs verſibus huius Pſalmi, prout magis placuerit.

I llúmina óculos meos, ne vnquam obdórmiam in morte: ne quando dicat inimícus meus, Præuálui aduérſus eum.

I n te Dómine ſperáui non confúndar in æternũ: ſub vmbra alârum tuârum prótege me.

E duc de cuſtódia ánimã meã ad cõfiténdũ Nómini tuo: me expéctãt iuſti, donec retríbuas mihi.

P eccâui in cœlum, & coram te: non ſum dignus vocâri filius tuus.

I eſu Chriſte Fili Dei viui, miſerêre mei.

A gnus Dei, qui tollis peccâta mũdi, miſerêre mei.

Repetendo ſæpius: I n manus tuas, &c. Orationẽ

quo-

quoque Dominicale, nempe: Pater noſter,&c. & auxilium Beatæ Mariæ imploret,dicens:

Maria Mater grátiæ, Mater miſericórdiæ, tu me ab hoſte prótege,& hora mortis ſúſcipe.

Monſtra te eſſe matrem, ſumat per te preces, qui pro nobis natus,tulit eſſe tuus.

Angelos deinde precibus inuitet,dicens:

Spíritus cęlôrũ, Angeli beatíſsimi aſsíſtite,quęſo, mihi migrânti ex hoc ſęculo;& poténter erípite me ab immundôrũ ſpírituum inſidijs; & ánimã meam in veſtrum conſórtium aſſúmite. Tu pręcípuè Angele bone Cuſtos meus.

Poſtremo Sanctos, & Sanctas, quos, vel quas ſingulari obſeruantia coluit, precibus ad auxilium ſuum inuitet,dícens:

O glorioſiſsime ſancte N. vel ſancta N. in te ſpẽ, & confidéntiam mihi apud Deum patrocinãdi,dum víuerem, collocâui: nunc máximè (ſi vnquã aliàs)tuo eſt mihi opus auxílio. Succúrre igitur, & in adiutórium meum inténde in hoc extrêmæ neceſsitâtis artículo.

Tandem ter, aut pluries orationem ſequentem repetat,dicens:

Pax Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & virtus Paſsiônis eius, & benedíctio ómniũ Sãctôrũ, & cuſtódia Angelôrũ, necnõ ſuffrágia ómnium electôrum ſint inter me,& omnes inimícos meos viſibiles, & inuiſibiles in hac hora mortis meæ. Amen.

Oraciones breues para ayudar à morir en lengua vulgar à nueſtros Religioſos legos, y perſonas ſeculares.

SEñor mio Ieſu Chriſto, gracias os doy, porque me aueis hecho hijo de la Igleſia, y concedidome viuir, y morir en vueſtra ſanta Fè Catolica; yo proteſto de no faltar en ella, ni conſentir en ninguna tentacion del enemigo, con vueſtra gracia.

IESVS de mi alma, deſconfio de mi, y de mis obras, y de todos mis merecimientos, y confio en los vueſtros, y que por vueſtra ſangre tengo de ſer ſaluo.

IESVS dulciſsimo, Redentor mio, ſiento en el alma aueros ofendido; y aſsi me peſa de todos mis pecados, y quiſiera que el dolor fuera tan grande, que mi vida ſe acabàra con el, ſolo por ſer vos el ofendido.

Acepto, Señor, muy de coraçon eſta enfermedad, eſtos dolores, eſtas anguſtias, y eſta muerte, y qualquiera otra coſa, que de vueſtra mano me viniere, por ſolo cumplir vueſtra ſantiſsima voluntad.

Padre piadoſo, pequè contra el cielo, y contra vos: no merezco llamarme vueſtro hijo, porque he ſido infiel, y traidor. Peſame en el alma.

Echad, Señor, los braços ſobre eſte hijo prodigo, para que no ſe pierda, ſino que ſe ſalue.

Señor mio Ieſu Chriſto, aprouecheme vueſtra ſangre, y no ſe pierda en mi, ni aparteis de mi vueſtra miſericordia.

Padre de mi Señor Ieſu Chriſto, yo os ofrezco todos los dolores q̃ padeciere, y eſta muerte, en vnion de los dolores y muerte de vueſtro Hijo, y mi Señor. No por mi, ni porque lo merezco, ſino por ſu ſangre y muerte, me hazed ſaluo.

Señor mio Ieſu Chriſto, en vueſtras manos ſantiſſimas encomiendo mi alma, y por vueſtra ſangre dadme buena muerte.

No ſe pierda, Señor mio, eſta alma que para vos criaſtes, y con vueſtra ſangre redemiſtes.

Creo en mi Dios; eſpero en mi Dios; amo à mi Dios.

Yo perdono de buena gana à todos los que me han ofendido, y quiſiera ofrecer mi vida por cada vno dellos.

Oxala, Dios mio, nunca me vuiera apartado de vueſtra voluntad ſantiſsima. Perdonad, Señor, las ignorancias, y flaquezas de mi mocedad, que con poco ſaber os ofendi.

Señor mio Ieſu Chriſto, que no quereis la muerte del pecador, ſino que viua, y ſe conuierta: A vueſtros pies eſtoy, recebid mi alma; para que eternamente os confieſſe y alabe.

Puriſsima Maria, Reyna del Cielo, Madre de Dios, Madre de gracia, y de miſericordia, y Virgen perpetua, moſtrad que ſois madre, y no me falte vueſtro fauor en eſta hora.

Abogada de la Igleſia, y de todos los pecadores: Refugio en todas las neceſsidades, no me falte vueſtro fauor, y amparo en eſta hora.

Glorioſiſsimo ſanto Angel de mi guarda, que ſiempre me aueis defendido, y librado de mis peligros, defendedme de mis enemigos, y preſentad mi alma delante de Dios.

Bienauenturados Santos N. N. los amigos ſon para el tiẽpo de la neceſsidad; pues en el diſcurſo de mi vida me aueis fauorecido, y ayudado; no me deſampareis en eſta hora, quando mas neceſsidad tengo de vueſtro fauor.

Aſsi como el cieruo deſea las fuẽtes de las aguas, aſsi mi alma deſea à ti mi Dios. Ea Señor ſacadla deſta carcel: vean os mis ojos, para q̃ en vna eternidad os ame, y de vos no me aparte.

Con eſtas, y otras ſemejantes Oraciones breues, ſe podra ſocorrer al que eſtuuiere en el articulo de la muerte.

Ordo commendationis infirmi in vltimo iam agone decertantis.

¶ II.

Cum iã ſenſus infirmo deficere videãtur, incipiatur animæ commendatio ſic.

KYrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Chriſte audi nos,&c.

Sancta María. ora pro eo.
Omnes ſancti Angeli,& Archãgeli. orate pro eo.
Sancte Abel. ora pro eo.
Omnis Chorus Iuſtôrum. ora pro eo.
Sancte Abrahâm. ora pro eo.
Sancte Ioannes Baptiſta. ora.
Sancte Pater Elîa. ora.
Sancte Eliſæe. ora.
Sancte Ioſeph. ora.
Omnes ſancti Patriárchæ,& Prophétæ. orate.
Sancte Petre. ora.
Sancte Paule. ora.
Sancte Andræa. ora.
Sancte Ioannes. ora.
Omnes ſancti Apóſtoli,& Euangeliſtæ. orate.
Omnes ſancti Diſcipuli Dómini. orate.
Omnes ſancti Innocêntes. orate.
Sancte Stéphane. ora.
Sancte Laurénti. ora.
Sancte Angele. ora.
Omnes ſancti Mártyres. orate.
Sancte Syluéſter. ora.
Sancte Gregôri. ora.
Sancte Auguſtîne. ora.
Sancte Cyrîlle. ora.
Omnes ſancti Pontifices,& Confeſſôres. orate.

S ancte Benedícte. ora.
S ancte Francíſce. ora.
S ancte Albérte. ora.
O mnes ſancti Mónachi,& Eremîtæ. orate.
S ancta Anna. ora.
S ancta Marîa Magdalêna. ora.
S ancta Lucîa. ora.
S ancta Terêſa. ora.
O mnes ſanctæ Vírgines,& Víduæ. orate.
O mnes ſancti,& Sanctæ Dei. Intercédite pro eo.
P ropítius eſto. Parce ei Dómine.
P ropítius eſto. Líbera eum Dómine.
P ropítius eſto. Líbera eum.
Ab ira tua. Líbera eum.
A periculo mortis. Libera eum.
A mala morte. Libera eum.
A pœnis inférni. Líbera eum.
A poteſtáte diaboli. Líbera eum.
A b omni malo. Líbera eum.
P er Natiuitâtem tuam. Líbera eum.
P er Crucem, & Paſsiônem tuam. Líbera eum.
P er mortem,& ſepultûram tuam. Líbera eum.
P er gloriôſam Reſurrectiônem tuã. Líbera eum.
P er admirábilem Aſcenſiônem tuã. Líbera eum.
P er grátiã Spíritus ſancti Parácliti. Líbera eum.
I n die Iudícij. Líbera eum.
P eccatôres. Te rogâmus audi nos.
V t ei parcas. Te rogâmus.

Tunc

Tunc dicit Sacerdos: Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Oratio.

PRoficíſcere ánima Chriſtiâna de hoc mundo in Nómine Dei Patris Omnipoténtis, qui te creâuit. In Nómine Ieſu Chriſti Fílij Dei viui, qui pro te paſſus eſt. In Nómine Spíritus ſancti, qui in te effuſus eſt. In nómine Angelôrum, & Archangelôrum. In nómine Thronôrum, & Dominatiônum. In nómine Principâtuum, & Poteſtâtum. In nómine Chérubin, & Séraphin. In nómine Patriarchârum, & Prophetârum. In nómine Sanctôrum Apoſtolôrum, & Euangeliſtârum. In nómine ſanctôrum Mártyrum, & Confeſſôrum. In nómine ſanctôrum Monachôrum, & Eremitârum. In nómine ſanctârum Vírginum, & ómnium Sanctôrum, & Sanctârum Dei. Hódie ſit in pace locus tuus, & habitátio tua in ſancta Sion. Per eundem Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

DEus miſéricors, Deus clemẽs: Deus, qui ſecúndùm multitúdinem miſeratiônum tuârum peccâta pœniténtium deles, & præteritôrum críminũ culpas venia remiſsiônis euácuas: réſpice propítius ſuper hunc fámulum tuum. N. Fratrem noſtrum, & remiſsiônem ómnium peccatôrum ſuôrum tota cordis confeſsiône poſcéntem, deprecâtus exáudi. Rénoua in eo, piiſsime Pater, quidquid terréna fragilitâte corrûptum, vel quidquid diabólica fráude violâtum eſt, & vnitâti cór-

poris Ecclésiæ membrum redemptiônis annécte. Miſerêre Dómine gemítuum: miſerêre lachrymârum eius, & non habéntem fidúciam niſi in tua miſericórdia, ad tuæ ſacraméntũ reconciliatiônis admítte. Per Chriſtũ Dñm noſtrum. ℟. Amen.

COmméndo te Omnipoténti Deo, charíſsime Frater, & ei, cuius es creatûra commítto: vt cum humanitâtis débitum (morte interueniénte) perſólueris, ad Auctôrem tuum, qui te de limo terrę formáuerat, reuertâris. Egrediénti itaq; ánimæ tuæ de córpore, ſpléndidus Angelôrũ cætus occûrrat: Iudex Apoſtolôrum tibi ſenâtus aduéniat: Candidatôrum tibi Mártyrum triumphâtor exércitus óbuiet: liliáta rutilántium te Confeſſôrum turma circúndet: iubilántium te Vírginum Chorus excípiat, & beâtæ quietis in ſinu Patriarchârum te compléxus adſtríngat. Mitis, atque feſtíuus Chriſti Ieſu tibi aſpéctus appáreat, qui te inter aſsiſténtes ſibi iúgiter interéſſe decérnat. Ignôres omne, quod horret in ténebris, quod ſtridet in flammis, quod crútiat in torméntis. Cedat tibi tetérrimus Satânas cũ ſatellítibus ſuis: in aduéntu tuo te comitántibus Angelis cõtremíſcat, atque in æternæ noctis chaos immáne diffúgiat. Exúrgat Deus, & diſsipéntur inímici eius, & fugiãt qui odérũt eũ à fácie eius. Sicut déficit fumus, defíciant: ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreãt peccatôres à fácie Dei: & iuſti epuléntur, & exúltẽt in

conſpéctu Dei. Confundántur ígitur, & erubéſcāt omnes tartáreæ legiônes; & miníſtri Satânæ iter tuum impedîre non áudeant. Líberet te à cruciátu Chriſtus, qui pro te crucifixus eſt. Líberet te ab ætérna morte Chriſtus, qui pro te mori dignâtus eſt. Cōſtítuat te Chriſtus Filius Dei viui intra Paradíſi ſui ſemper amœna virētia, & inter oues ſuas te verus ille Paſtor agnóſcat. Ille ab ómnibus peccâtis tuis te abſóluat, atq; ad déxterā ſuā in electôrum ſuôrum te ſorte conſtítuat. Redēptôrem tuū fácie ad fáciem vídeas, & præſens ſemper aſsiſtēs, manifeſtíſsimam beâtis óculis aſpícias veritâtem. Conſtitútus ígitur inter ágmina Beatôrum, contemplatiônis diuínæ dulcédine potiâris in ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

SVſcipe Dómine ſeruū tuum in locū ſperândæ ſibi ſaluatiônis à miſericórdia tua. ℟. Amē.

Líbera Dómine ánimam ſerui tui ex ómnibus perículis inférni, & de láqueis pœnârum, & ex ómnibus tribulatiónibus. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimā ſerui tui, ſicut liberâſti Enoch, & Eliā de cōmúni morte mūdi. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimā ſerui tui, ſicut liberâſti Noē de dilúuio. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ſerui tui, ſicut liberâſti Abrahâm de Vr Chaldæôrum. ℟. Amen.

Líbera Dómine ánimam ſerui tui, ſicut liberâſti Iob de paſsiónibus ſuis. ℟. Amen,

L ibera Dómine ánimam ſerui tui, ſicut liberâſti Iſaâc de hoſtia, & de manu patris ſui Abrahæ. ℟. Amen.

L ibera Dómine ánimam ſerui tui, ſicut liberâſti Loth de Sódomis, & de flamma ignis. ℟. Amen.

L ibera Dómine ánimam ſerui tui, ſicut liberâſti Móyſem de manu Pharaônis Regis Ægyptiôrũ. ℟. Amen.

L ibera Dómine ánimam ſerui tui, ſicut liberâſti Daniélem de lacu leónum. ℟. Amen.

L ibera Dómine ánimam ſerui tui, ſicut liberâſti tres púeros de camino ignis ardéntis, & de manu Regis iníqui. ℟. Amen.

L ibera Dómine ánimam ſerui tui, ſicut liberâſti Suſannam de falſo crimíne. ℟. Amen.

L ibera Dómine ánimam ſerui tui, ſicut liberâſti Dauîd de manu Regis Saul, & de manu Golîæ. ℟. Amen.

L ibera Dómine ánimam ſerui tui, ſicut liberâſti Petrum, & Páulum de carcéribus. ℟. Amen.

E t ſicut beatíſsimã Theclam Vírginẽ, & Mártyrem tuam de tribus attrocíſsimis tormêntis liberâſti, ſic liberâre dignêris ánimam huius ſerui tui Fratris noſtri N. & tecum facias in bonis congaudêre cæléſtibus. ℟. Amen. O rêmus.

C Ommendâmus tibi Dómine, ánimam famuli tui Fratris noſtri N. precánturquè te Dómine Ieſu Chriſte Saluâtor mundi; vt

própter quam ad terram miſericórditer deſcendíſti, Patriarchârum tuôrum ſínibus inſinuâre nō rénuas. Agnóſce Dómine creatúram tuam, non à dijs aliénis creâtam, ſed à te ſolo Deo viuo, & vero: quia non eſt alius Deus præter te, & non eſt ſecúndùm ópera tua. Lætífica Dómine ánimam eius in conſpéctu tuo, & ne memíneris iniquitâtum eius antiquârum, & ebrietâtum, quas ſuſcitâuit furor, ſiue feruor mali deſidérij. Licet enim peccáuerit, tamen Patrem, & Filium, & Spíritum ſanctum non negâuit, ſed crédidit, & zelum Dei in ſe hábuit, & Deum, qui fecit omnia, fidéliter adorâuit. ℟. Amen. Orêmus.

DElicta iuuentútis, & ignorántias eius, quæſumus, ne memíneris Dómine: ſed ſecúndū magnam miſericórdiam tuam memor eſto illíus in glória claritâtis tuæ. Aperiántur ei cœli, collætêntur illi Angeli. In Regnū tuum Dómine ſeruū tuum ſúſcipe. Suſcípiat eum ſanctus Míchaël Archángelus Dei, qui milítiæ cœléſtis méruit principâtum. Véniant illi óbuiam ſancti Angeli Dei, & perdûcant eum in ciuitâtem cœleſtem Ieruſalêm. Suſcípiat eum Beâtus Petrus Apóſtolus, cui à Deo claues Regni cœléſtis tráditæ ſunt. Adiuuet eum ſanctus Páulus Apóſtolus, qui dignus fuit eſſe vas electiônis. Intercédat pro eo ſanctus Ioânnes eléctus Dei Apóſtolus, cui reuelâta ſunt ſecréta cœléſtia. Orent pro eo omnes ſancti Apóſtoli,

quibus à Dómino data eſt potéſtas ligándi, atque ſoluéndi. Intercédāt pro eo omnes Sācti, & electi Dei, qui pro Chriſti Nómine torménta in hoc ſæculo ſuſtinuérunt: vt vínculis carnis exûtus peruenîre mereâtur ad glóriam Regni cœléſtis, præſtánte Dómino noſtro Ieſu Chriſto: qui cum Patre, & Spíritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Si anxiatur adhuc anima dicantur duo Pſalmi ſequentes.

Pſalmus.

Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in ſæculum miſericórdia eius.

Dicat nunc Iſraël, quóniam bonus: quóniam in ſæculum miſericórdia eius.

Dicat nunc domus Aarôn: quóniam in ſæculum miſericórdia eius.

Dicant nunc qui tíment Dóminum: quóniam in ſæculum miſericórdia eius.

De tribulatiône inuocâui Dóminum: & exaudíuit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adiútor: non timêbo quid faciat mihi homo.

Dóminus mihi adiútor: & ego deſpíciam inimícos meos.

Bonum eſt confídere in Dómino: quàm confídere in hómine.

Bonum eſt ſperâre in Dómino: quàm ſperâre in Princípibus.

Omnes

O mnes gentes circuiêrunt me: & in Nómine Dómini,quia vltus ſum in eos.
C ircundántes circundedêrunt me: & in Nómine Dómini,quia vltus ſum in eos.
C ircundedêrunt me ſicut apes,& exarſêrunt ſicut ignis in ſpínis, & in Nómine Dómini quia vltus ſum in eos.
I mpûlſus euêrſus ſum, vt cáderem: & Dóminus ſuſcépit me.
F ortitûdo mea, & laus mea Dóminus: & factus eſt mihi in ſalútem.
V ox exultatiônis,&ſalûtis:in tabernáculis iuſtôrū.
D éxtera Dómini fecit virtûtem,déxtera Dómini exaltâuit me:déxtera Dómini fecit virtûtem.
N on móriar,ſed viuā:& narrâbo ópera Dómini.
C aſtígans caſtigâuit me Dóminus: & morti non trádidit me.
A perîte mihi portas iuſtítiæ,ingréſſus in eas confitêbor Dómino:hæc porta Dómini iuſti intrâbunt in eam.
C onfitébor tibi,quóniam exaudíſti me: & factus es mihi in ſalútem.
L ápidem, quem reprobauêrunt ædificántes: hic factus eſt in caput ánguli.
A Dómino factum eſt iſtud: & eſt mirábile in óculis noſtris.
Hæc eſt dies,quam fecit Dóminus: exultêmus, & lætêmur in ea.

O Dómine, ſaluũ me fac, ô Dómine benè proſpe-râre:benedíctus,qui venit in Nómine Dómini.

B enedíximus vobis de domo Dómini:Deus Dóminus,& illûxit nobis.

C onſtitúite diem ſolémnem in condénſis : vſque ad cornu Altâris.

D eus meus es tu,& confitébor tibi:Deus meus es tu,& exaltábo te.

C onfitébor tibi,quóniam exaudîſti me : & factus es mihi in ſalútem.

C onfitémini Dómino,quóniam bonus: quóniam in ſæculum miſericórdia eius.

G lória Patri,& Fílio,&c. Pſalmus.

B Eâti immaculâti in via:qui âmbulant in lege Dómini.

B eâti,qui ſcrutântur teſtimónia eius: in toto corde exquírunt eum.

N on enim qui operântur iniquitâtem: in vijs eius ambulauêrunt.

T u mandâſti:mandâta tua cuſtodîri nimis.

V tinam dirigântur viæ meæ: ad cuſtodiéndas iuſtificatiônes tuas.

T unc non confûndar : cùm perſpéxero in ómnibus mandâtis tuis.

C onfitébor tibi in directiône cordis : in eo quod didici iudícia iuſtítiæ tuæ.

I uſtificatiônes tuas cuſtódiam : non me derelínquas vſquequáque.

In quo córrigit adoleſcéntior viam ſuam? in cuſtodiéndo ſermónes tuos.

In toto corde meo exquiſiui te: ne repéllas me à mandátis tuis.

In corde meo abſcóndi elóquia tua: vt non peccem tibi.

Benedictus es Dómine: doce me iuſtificatiônes tuas.

In lábijs meis: pronũciáui ómnia iudícia oris tui.

In via teſtimoniôrum tuôrum delectâtus ſum: ſicut in ómnibus diuítijs.

In mãdâtis tuis exercêbor: & cõſiderâbo vias tuas.

In iuſtificatiónibus tuis meditâbor: non obliuíſcar ſermônes tuos.

Glória Patri, & Filio, &c.

Deinde (ſi opus fuerit) legi poterunt Pſalmi Pœnitētiales poſiti à pag. 211. & ſi adhuc differatur mortis aduentus, leguenda eſt coram ægro Dominicæ Paſsionis hiſtoria, vt in quatuor Euangeliſtis continetur.

Si vero iam iam infirmus animã exhalare cõſpiciatur, dicatur à circunſtantibus alta voce, cæteris omnibus omiſsis: Credo in Deum, &c. vt ſupra pag. 201. Sacerdos verò crebrò ægrotum aſpergens aqua benedicta, Verſus, & Orationes ſequentes leget.

℣. Erue à frámea: Deus ánimam eius.

℟. Et de manu canis: libera eam.

℣. De ore leônis libera eam Dómine.

℟. Et de córnibus vnicórniũ humilitâtẽ eius.

℣. Inténde ánimæ eius,& líbera eam.

℟. Et propter inimîcos noſtros éripe eam.

℣. Largîre clarum véſperè, quo vita nuſquam décidat.

℟. Sed præmium mortis ſacræ perénnis inſtet glória.

℣. Marîa mater grátiæ,mater miſericórdiæ.

℟. Eũ ab hoſte prótege,& hora mortis ſúſcipe.

Accipienſque Crucifixum,Sacerdos dicat.

℣. Ecce Crucẽ Dómini,fúgite partes aduérſę.

℟. Vicit Leo de tribu Iuda,radix Dauîd.

Mox ipſum Crucifixum infirmo, oſculandum præbeat,dicens:

℣. Adorâmus te Chriſte, & benedícimus tibi.

℟. Quia per Crucem tuam redemíſti mũdum.

℣. In manus tuas Dñe,cõméndo ſpíritũ meũ.

℟. Redemíſti nos Dómine Deus veritâtis.

Poſtea dicatur: Credo in Deum, &c. pag.201.

Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon.

Pater noſter.

℣. Et ne nos indûcas in tentatiônem.

℟. Sed libera nos à malo. Orêmus.

DOmine Ieſu Chriſte, per agóniam, & oratiônem tuam ſanctíſsimam, qua orâſti pro nobis in mõte Oliuéti,quãdo factus eſt ſudor tuus ſicut guttæ ſánguinis decurréntis in terram obſe-

crâmus te, vt multitúdinem ſudôris tui ſanguinei, quē prę tímoris tui angúſtia copioſíſsimè pro nobis effudíſti, offérre, & oſténdere dignêris Deo Patri omnipoténti, cōtra multitúdinem ómnium peccatôrum huius fámuli tui Fratris noſtri N. & líbera eum in hac hora mortis ſuæ ab ómnibus angúſtijs, quas pro peccâtis ſuis ſe timet meruîſſe. Qui cū Patre, & Spíritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen. Orêmus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui pro nobis mori dignâtus es in Cruce: obſecrâmus te, vt omnes amaritúdines paſsiônū, & pœnârum tuârū, quas pro nobis miſeris peccatóribus ſuſtinuiſti in Cruce, & maximè in illa hora, quando ſanctíſsima ánima tua egréſſa eſt de córpore tuo ſanctíſsimo, offérre, & oſténdere dignêris Deo Patri omnipoténti, pro ánima huius fámuli tui Fratris noſtri N. & líbera eum in hac hora mortis ab ómnibus pœnis, & paſsiónibus, quas pro peccâtis ſuis ſe timet meruîſſe. Qui cum Patre, & Spíritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculôrū. ℟. Amen. Orêmus.

O Suauíſsime Dn̄e Ieſu Chriſte, per amôrem, qui te digníſsimum, innocentiſsimum, & delicatíſsimū Patérnæ charitâtis Fílium, pro nobis factum hóminem vulnerári, & mori pro ſalute hóminum fecit: indúlge fámulo tuo Fratri noſtro N. omne quod cogitâtu, verbo, & facto,

affectiónibus, & mótibus, víribus,& ſénſibus ánimæ,& córporis delíquit; & in verã ómnium peccatôrum ſuôrum remiſsiônem, ſacratíſsime Dómine Ieſu, illi lumen íngere ſpirituále tuæ ardentíſsimæ charitâtis,qua totíus mũdi culpas diluíſti; ac in plenam ſuppletiônem ómnium negligentiârum,méritum tuæ ſacratíſsimæ Paſsiônis adde, & ínſuper tribue illi fructũ ómnium bonôrum óperum per eléctos tuos factôrum,qui tibi placuêrũt. ℟. Amen. O rêmus.

O Glorioſíſsime Dómine Ieſu in vniône ferventíſsimi amôris, qui te coëgit Incarnâri, & ánxio ſpíritu in Cruce mori, ad medûllam dulcíſsimi ipsíus amôris pulſâmus:vt fámulo tuo Fratri noſtro N. ómnia peccâta, quæ omnímodè cõmîſit,dimíttas,& tuę perdigníſsimo Paſsiônis mérito omíſſa ſúppleas, fáciaſq; illum experîri ſuperabundantíſsimã multitúdinẽ miſeratiônum tuârũ, diſpónaſque eum placidíſsimo tibi modo, & ſibi vtilíſsimo:ſuáui patiéntia, vera pœniténtia, plena remiſsiône,recta fide,ſpe firma, ardénti charitâte, & pio,ac ſanctíſsimo ſtatu: quátenus inter dulcíſſimum ampléxum,& ſuauiſsimum óſculum tuũ, ô clementíſsime Dñe Ieſu,eius anima lætânter expíret,ad tuã ætérnam láudẽ, & glóriam laudândam, cognoſcêndã,& fruéndã. ℟. Amen. O rêmus.

O Intemerâta, & in ætérnum benedîcta Virgo Marîa, totíus angúſtiæ, & miſériæ adiútrix;

iútrix; fámulo tuo Fratri noſtro N. ſuccûrre dulciter, & omnes inimícos eius in virtûte ſuauiſsimi Fílij tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctíſsimæ Crucis diſpérde;& à potènte dracône infernâli,& ab eius horríbili viſiône, & ab omni fráude malôrum ſpirítuum defénde illum, & ex omni angúſtia líbera eum;quátenus tibi cum Beâtis ſpíritibus,ac Dómino Deo in cœlôrum beatíſsimo Regno ſpirituáles perſóluat láudes. ℟. Amen. Orêmus.

SAncte Míchaël Archángele, ſuccûrre huic ánimę apud Altíſsimum Iúdicem. O inuictíſſime pugil, aſsíſte huic fámulo tuo N. in extrémis laborânti,& eum potènter à dracône infernâli, ac viſiône, fráudeque malôrum ſpirituum defénde. Inſuper exorâmus te, vt in hac extrêma hora vitæ ipsîus,ánimam eius benignè ſuſcípias, ac ſuauiter in ſinum tuum recípias, illamque in locum refrigérij,lucis,& pacis perdûcas eum Dómino noſtro Ieſu Chriſto, qui viuit, & regnat in ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Si autem expletis his omnibus, nondum obierit,diſcedent Fratres,relicta ibidem Cruce,& aqua benedicta, remanentibuſque cum eo aliquibus, quos Prior deſignauerit, qui eadem, quæ ſupradicta ſunt,deuotè repetant. Cumque certo ſigno viderint Fratrem in proximo fore moriturum, iterum,percuſsis tabulis, reliquos aduocent Fratres, qui vndecumque accurrent dicentes alta voce:

Credo in Deum,&c. & aliqua ex ſupra annotatis, quæ neceſſaria viderint, vſque dum ægrotus ſpiritum Deo reddîderit, recitari poterunt.

CAPVT QVARTVM.

De commendatione animæ.

EGreſſa anima de corpore, Sacerdos, impoſita ad collum nigri coloris ſtola, incipit voce mediocri ſequens Reſponſorium: quod omnes Fratres proſequuntur.

℟. Subuenîte ſancti Dei, occúrrite Angeli Dómini. * Suſcipiéntes ánimam eius. * Offerêntes eam in cõſpéctu Altíſsimi. ℣. Suſcípiat te Chriſtus, qui vocâuit te, & in ſinum Abrahæ Angeli dedûcant te. * Suſcipiéntes ánimam eius, &c. ℣. Réquiẽ ætérnã dona ei Dñe. Et lux perpétua luceat ei. * Offerêntes. Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter. ſecretò.

℣. Et ne nos indûcas in tentatiônem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Réquiem ætérnam: dona ei Dómine.

℟. Et lux perpétua: lúceat ei.

℣. A porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam eius.

℣. Re-

℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

TIbi Dómine commẽdâmus ánimam fámuli tui Fratris noſtri N. vt defúnctus ſæculo, tibi viuat: & quæ per fragilitâtem humánæ conuerſatiônis peccâta cómmiſit, tu vénia miſericordíſsimæ pietâtis abſtérge. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Expleta hac commendatione, corpus defuncti à lecto amotum ad partem ponatur, & (ſi opus fuerit) lauetur.

Poſtea indutum ſuperiori tunica griſei coloris, & zona decenter aptatum, ſcapularique cũ capucio, & cappa deſuper amictum, nudis pedibus, manibuſque (Cruce interpoſita) iunctis, collocetur in feretro. Quod ad hoc munus ſpecialiter deputatũ debet eſſe in quolibet Conuentu in modum parui lecti hinc inde tabulis aptati, ita vt corpus defuncti, dum à Fratribus portatur, decidere non poſsit. Quibus peractis, deferant illud omnes Fratres ad Capitulum, recitando interim ſequentia, incipiente Sacerdote.

Antiphonam: Suſcipiat te, &c. vt infra, quam Conuentus proſequatur, eaque finita Pſalmus dicatur ſequens.

Pſalmus.

IN éxitu Iſraël de Ægypto: domus Iacôb de pópulo bárbaro.

Facta eſt Iudæa ſanctificátio eius: Iſraël potéſtas eius.

Mare vidit, & fugit: Iordánis conuêrſus eſt retrôrſum.

Montes exultauêrunt vt aríetes: & colles ſicut agni óuium.

Quid eſt tibi mare, quòd fugîſti? & tu Iordánis, quia conuêrſus es retrôrſum.

Montes exultâſtis ſicut aríetes: & colles ſicut agni óuium.

A fácie Dómini mota eſt terra: à fácie Dei Iacob.

Qui conuértit petram in ſtagna aquârum: & rupem in fontes aquârum.

Non nobis Dómine, non nobis: ſed Nómini tuo da glóriam.

Super miſericórdia tua, & veritâte tua: nequándo dicant gentes, Vbi eſt Deus eôrum?

Deus áutem noſter in cœlo: ómnia quæcúmque vóluit fecit.

Simulácra géntium argéntum, & áurum: ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquêntur: óculos habent, & non vidêbunt.

Aures habent, & non áudient: nares habent, & non odorábunt.

Manus habent,& non palpâbunt,pedes habent,& nõ ambulâbunt:non clamâbunt in gutture ſuo.
S ímiles illis fiant, qui fáciunt ea: & omnes, qui confidunt in eis.
D omus Iſraël ſperâuit in Dómino: adiútor eôrum,& protêctor eôrum eſt.
D omus Aarôn ſperâuit in Dómino: adiútor eôrum,& protêctor eôrum eſt.
Qui tíment Dóminum ſperauêrunt in Dómino: adiútor eôrum,& protêctor eôrum eſt.
D óminus memor fuit noſtri:& benedîxit nobis.
B enedîxit dómui Iſraël: benedîxit domui Aarôn.
B enedîxit ómnibus,qui timent Dóminum: puſillis cum maióribus.
A diíciat Dóminus ſuper vos: ſuper vos, & ſuper filios veſtros.
B enedícti vos à Dómino: qui fecit cœlum, & terram.
C œlum cœli Dómino: terram autem dedit filijs hóminum.
Non mórtui laudâbunt te Dómine: neque omnes qui deſcêndunt in inférnum.
S ed nos, qui víuimus, benedícimus Dómino: ex hoc nunc,& vſque in ſæculum.
R equiem ætérnam:dona eis Dómine.
Et lux perpétua :luceat ei.
Antiphona: Suſcípiat te Chriſtus, qui vocâuit te, & in ſinum Abrahæ Angeli dedûcant te. Mox a

Sacerdote inchoatur Antiphona: Chorus Angelôrum,&c. vt infra. Quam Chorus proſequitur, & poſt ipſam dicitur alternatim ſequens Pſalmus. Quo finito repetitur eadem Aña: C

Pſalmus.

Dilêxi, quóniam exáudiet Dóminus: vocem oratiônis meæ.

Quia inclinâuit áurem ſuam mihi: & in diébus meis inuocâbo.

Circundedêrunt me dolóres mortis: & perícula inférni inuenêrunt me.

Tribulatiônem, & dolôrem inuêni: & Nómen Dómini inuocâui.

O Dómine, líbera ánimam meam: miſéricors Dóminus, & iuſtus, & Deus noſter miſerêtur.

Cuſtódiens páruulos Dóminus: humiliâtus ſum, & liberâuit me.

Conuértere ánima mea in réquiem tuam: quia Dóminus benefécit tibi.

Quia eripuit ánimam meam de morte: óculos meos à láchrymis, pedes meos à lapſu.

Placêbo Dómino: in regiône viuôrum.

Réquiem ætérnam: dona ei Dómine.

Et lux perpétua: lúceat ei.

Antiph. Chorus Angelôrum te ſuſcípiat, & in ſinu Abrahæ te cóllocet, vt cum Lázaro quondam páupere ætérnam hábeas réquiem.

Cùm iam hæc omnia dicta fuerint, corpus in

Capi-

Capitulo collocatum Sacerdos aſpergat, dicatque: Pater noſter. ſecretò.

℣. Et ne nos indûcas in tentatiônem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam eius.

℣. Nihil profíciat inimícus in eo.

℟. Et filius iniquitâtis nō appônat nocêre ei.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Deus, cui ſoli cómpetit medêlam præſtâre poſt mortem: præſta quæſumus, vt ánima fámuli tui Fratris noſtri N. terrênis exûta contágijs in tuæ redemptiônis parte numerêtur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Prouideat autem Prior, ne corpus ſolùm remaneat, ſed aliqui Fratres ibi ſint, qui Officium Defunctorum ſpatioſè, & deuotè legant.

Si Frater tali hora obierit, vt pro eo Miſſa celebrari poſsit, eodem die ſepeliatur: ſin autem in craſtinum reſeruetur, niſi aliud fortè temporibus, & locis calidis, vel ob alias cauſas fieri oporteat.

Sciendū tamen eſt, quòd prius quàm Frater ſepeliatur, vel quā citiùs fieri poterit, in Cōuētu, vbi mori cōtigerit (ſiue ſit Cōuentualis, ſiue nō) debet

pro.

pro eo Miſſa ſolemniter celebrari, & Officium nouem lectionum in Choro cum ſolemnitate duplicis conuentualiter recitari, & cætera dici, & applicari, quæ in Conſtitutione aſsignantur 1. par. cap. 17. num. 2.

CAPVT QVINTVM.

De forma eundi proceſsionaliter ad locum, vbi fuerit corpus defuncti, & illud ad Eccleſiam deferendi.

CVm iam opportunum viſum fuerit tempus, vt defuncti corpus deferatur ad Eccleſiam: facto ſigno cum campana, congregantur Fratres omnes in Sacriſtia, vbi Prælatus (cui ex Conſtitutione noſtra incumbit) ac Miniſtri accipiunt veſtimenta nigri coloris; quo facto procedunt omnes proceſsionaliter ad Capitulum, vel ad alium locum, vbi cadauer defuncti fuerit poſitum, in hac forma.

Præcedit Acolytus cum vaſe aquæ benedictæ, & aſperſorio; ſequitur Subdiaconus inter duos Acolytos cum cereis accenſis; deinde Fratres per ordinem, vltimò Pręlatus cum Diacono à ſiniſtris por-

ſtante Manuale. Cùm ventum fuerit ad Capitulum, Subdiaconus cum Ceroferarijs ſiſtit ſe ad pedes feretri cum Cruce, & Sacerdos cum Diacono ad caput illius, alijs omnibus circum feretrum in modum proceſsionis ſtantibus. Mox Cantores incipiũt cum cantu: **Kyrie eléiſon.** Chorus. **Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon.** Sacerdos. **Pater noſter.**

℣. **Et ne nos indûcas in tentatiônem.**

℟. **Sed líbera nos à malo.**

℣. **In memória ætérna erit iuſtus.**

℟. **Ab auditiône mala non timêbit.**

℣. **Ne tradas béſtijs ánimam confitêntem tibi.**

℟. **Et animã páuperis tui ne obliuiſcâris in finẽ.**

℣. **Non intres in iudícium cum ſeruo tuo Dñe.**

℟. **Quia non iuſtificábitur in conſpéctu tuo omnis viuens.**

℣. **A porta inferi.**

℟. **Erue Dómine ánimam eius.**

℣. **Requiêſcat in pace.** ℟. **Amen.**

℣. **Dómine exáudi oratiônem meam.**

℟. **Et clamor meus ad te vêniat.**

℣. **Dóminus vobíſcum.**

℟. **Et cum Spíritu tuo.** **Orêmus.**

SVſcipe Dómine ánimam famuli tui Fratris noſtri N. quã ab ergáſtulo huius ſæculi vocâre dignâtus es: éripe eam de loco pœnârum, vt quiétis, ac lucis ætérnæ beatitúdine perfruâtur, & inter Sanctos, & eléctos tuos in Reſurrectiônis

glória

glória reſuſcitâri mereâtur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde aſpergat Sacerdos cadauer aqua benedicta in modum Crucis, dicens.

℣. Réquiem ætérnam: dona ei Dómine.

℟. Et lux perpêtua: lúceat ei.

℣. Requiéſcat in pace. ℟. Amen.

Quibus explicitis, eodem quo venerant, ordine (corpus defuncti quatuor Fratribus, quibus Supprior innuerit, paulò ante Sacerdotē deferētibus) ad Eccleſiam tendunt. Interim cantatur ſequens Pſalmus cū Aña: & campanæ funebrè pulſantur.

Aña: Si iniquitâtes obſeruáueris Dómine: Dómine quis ſuſtinebit? Pſalm.

De profûndis clamâui ad te Dómine: Dómine exáudi vocem meam.

Fiant áures tuæ intendêntes: in vocem deprecatiônis meæ.

Si iniquitâtes obſeruáueris Dómine: Dómine quis ſuſtinêbit?

Quia apud te propitiâtio eſt: & propter legem tuam ſuſtínui te Dómine.

Suſtinuit ánima mea in verbo eius: ſperâuit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutîna vſque ad noctem: ſperet Iſraël in Dómino.

Quia apud Dóminum miſericórdia: & copiôſa apud eum redémptio.

Et ipſe rédimet Iſraël : ex ómnibus iniquitáti-bus eius.

Réquiem ætérnam:dona ei Dómine.

Et lux perpétua: lúceat ei.

Et repetitur Antiphona: Si iniquitâtes obſeruá-ueris,&c. vt ſuprà.

Finito Pſalmo,& Antiphona,deponant corpus in maiori Capella, ita vt facies defuncti Sacerdotis ſit verſa ad populum, non Sacerdotis ad Altare: & repoſita Cruce ad ipſius caput, cum aliquibus cereis accenſis, & vaſe aquæ benedictæ, diſcedant Fratres ad Chorum, ſi Officium fuerit faciendum.

CAPVT SEXTVM.

De Officio Defunctorum.

ANTE inchoationem Officij ſepulturæ, ſaltẽ primum Nocturnum Defunctorum cum ſuo Inuitatorio, & tribus Lectionibus cum totidem Reſponſorijs, vt infrà, ſolemniter debet cantari: poſteà verò reliquum Officij pro temporis opportunitate recitari poterit.

Aduertendum tamen, quod Officium ſepulturæ, & cætera ſuffragia pro defunctis, à Sacerdotibus, & alijs Miniſtris Eccleſiæ piè, & deuotè, non perfunctoriè, ſed diligenter, & accuratè, perſoluenda ſunt.

Celebrans non cantat Lectionem in Officijs mortuorum.

Ad Veſperas abſolutè incipitur ab Antiphona: Placêbo Dómino: in regiône viuôrum.

Pſalmus 114.

Diléxi, quóniam exáudiet Dóminus: vocem oratiônis meæ.

Quia inclinâuit aurem ſuam mihi: & in diêbus meis inuocâbo.

Circumdedérunt me dolóres mortis: & perícula inférni inuenérunt me.

Tribulatiônem & dolôrem inuéni: & Nómen Dómini inuocáui.

O Dómine líbera ánimam meam: miſéricors Dóminus & iuſtus, & Deus noſter miſerêtur.

Cuſtódiens páruulos Dóminus: humiliâtus ſum, & liberâuit me.

Conuértere ánima mea in réquiem tuam: quia Dóminus benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de mórte: óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapſu.

Placêbo Dómino: in regiône viuôrum.

In fine omnium Pſalmorum dicitur:

Réquiem

Réquiem ætérnam: dona eis Dómine.
Et lux perpétua: lúceat eis.
Aña. Placêbo Dómino in regióne viuôrum.
Aña. Hei mihi Dómine. Pſalm. 119.
AD Dóminum cùm tribulârer clamâui : & exaudîuit me.
Dómine líbera ánimam meam à lábijs iníquis:& à lingua dolóſa.
Quid detur tibi,aut quid apponâtur tibi : ad linguam dolôſam?
Sagíttæ poténtis acútæ : cum carbónibus deſolatórijs.
Heu mihi, quia incolâtus meus prolongâtus eſt, habitáui cum habitántibus Cedâr : multùm íncola fuit ánima mea.
Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus: cùm loquêbar illis,impugnábant me gratis.
Réquiem ætérnam: dona eis Dómine.
Et lux perpétua: lúceat eis.
Antiph. Hei mihi Dómine, quia incolâtus meus prolongâtus eſt.
Aña. Dóminus cuſtódit te. Pſalm. 120.
LEuáui óculos meos in montes:vnde véniet auxílium mihi.
Auxílium meum à Dómino : qui fecit cœlum & terram.
Non det in commotiônem pedem tuum : neque dormîtet qui cuſtôdit te.

Ecce non dormitâbit, neque dórmiet: qui cuſtôdit Iſraël.

Dóminus cuſtôdit te, Dóminus protéctio tua: ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non vret te:neque luna per noctem.

Dóminus cuſtôdit te ab omni malo: cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtôdiat intróitum tuum, & éxitum tuum:ex hoc nunc,& vſque in ſæculum.

Réquiem ætérnam:dona eis Dómine.

Et lux perpétua: lúceat eis.

Aña. Dóminus cuſtôdit te ab omni malo: cuſtódiat ânimam tuam Dóminus.

Aña. Si iniquitátes. Pſal. 129.

DE profúndis clamâui ad te Dómine: Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes: in vocem deprecatiônis meæ.

Si iniquitâtes obſeruâueris Dómine: Dómine quis ſuſtinêbit?

Quia apud te propitiátio eſt: & propter legem tuam ſuſtínui te Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo eius: ſperâuit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína vſque ad noctem: ſperet Iſraël in Dómino.

Quia apud Dóminum miſericórdia: & copiôſa apud eum redémptio.

Et ipſe rédimet Iſraël: ex ómnibus iniquitátibus eius.

Réquiem ætérnam: dona eis Dómine.

Et lux perpétua: lúceat eis.

Aña. Si iniquitâtes obſeruáueris Dómine: Dómine quis ſuſtinêbit?

Aña. Opera. Pſalmus 137.

Confitêbor tibi Dómine in toto corde meo: quóniam audíſti verba oris mei.

In conſpéctu Angelôrum pſallã tibi: adorâbo ad templũ ſanctũ tuum, & cõfitêbor Nómini tuo.

Super miſericórdia tua, & veritâte tua: quóniam magnificáſti ſuper omne Nómen ſanctum tuũ.

In quacúmque die inuocáuero te, exâudi me: multiplicábis in ánima mea virtûtem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ: quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in vijs Dómini: quóniam magna eſt glória Dómini.

Quóniam excélſus Dóminus, & humília réſpicit: & alta à longè cognóſcit.

Si ambuláuero in médio tribulatiônis, viuificâbis me: & ſuper iram inimicôrum meôrum extendíſti manum tuam, & ſaluum me fecit déxtera tua.

Dómin⁹ retríbuet pro me: Dñe miſericórdia tua in ſæculum, ópera mánuũ tuârum ne deſpicias.

Réquiem ætérnam: dona eis Dómine, &c.

Aña. O pera mánuum tuârum Dñe,ne deſpicias.
℣. A udíui vocem de cœlo: dicéntem mihi.
℟. B eáti mórtui: qui in Dómino moriúntur.

Ad Magníficat, Antiphona.

O mne quod dat mihi Pater, ad me véniet: & eum qui venit ad me, non eiíciam foras.

Preces infraſcriptæ dicuntur in Officio non dúplici; & tūc flexis genibus: ſimiliter & ad Laudes.

P ater noſter. ſecretò.
℣. E t ne nos indúcas in tentatiônem.
℟. S ed líbera nos à malo. Pſalm. 145.

L Auda ánima mea Dóminum, laudâbo Dóminum in vita mea: pſalam Deo meo quamdiu fúero.

N olîte confídere in princípibus: in fílijs hóminum, in quibus non eſt ſalus.

E xîbit ſpíritus eius, & reuertêtur in terram ſuam: in illa die períbunt omnes cogitatiónes eôrum.

B eâtus, cuius Deus Iacob adiûtor eius, ſpes eius in Dómino Deo ipsîus: qui fecit cœlum & terram, mare, & ómnia quæ in eis ſunt.

Q ui cuſtôdit veritâtem in ſæculum, facit iudíciũ iniúriam patiéntibus: dat eſcam eſuriéntibus.

D óminus ſoluit compedítos: Dóminus illúminat cæcos.

D óminus érigit eliſos: Dóminus díligit iuſtos.

D óminus cuſtôdit áduenas, pupíllum & víduam ſuſcípiet: & vias peccatôrum diſpérdet.

R egnâ-

Regnábit Dóminus in ſæcula, Deus tuus Sion: in generatiônem & generatiônem.

Cuius loco ad Laudes dicitur Pſalmus, De profúndis. In fine Pſalmi.

Réquiem ætérnam: dona eis Dómine.

Et lux perpétua: lúceat eis. Deinde

℣. A porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam eius.

℣. Requiêſcat in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobiſcum, &c. Orêmus.

ABſólue, quæſumus Dómine, ánimam famuli tui N. vt defúnctus ſæculo, tibi viuat: & quæ per fragilitâtem carnis humána couerſatiône commíſit, tu vénia miſericordíſsimæ pietâtis abſtérge. Per Dóminum noſtrum.

Si fuerit Sacerdos. Oratio.

DEus, qui inter Apoſtólicos ſacerdótes, fámulũ tuum ſacerdotâli feciſti dignitâte vigêre: præſta quæſumus, vt eôrum quoque perpétuo aggregetur conſórtio.

Si pater, aut mater. Oratio.

DEus, qui nos patrem & matrem honorâre præcepiſti: miſerêre cleménter animâbus patris ac matris meæ, eorúmque peccâta dimítte: meque eos in ætérnæ claritâtis gáudio fac vidêre. Per Dóminum.

Si defuncta. Oratio.

QVæſumus Dómine, pro tua pietáte miſerê-re ánimæ fámulæ tuæ: & à contágijs mortalitâtis exûtam, in ætérnæ ſaluatiônis partem reſtítue. Per Dóminum noſtrum.

℣. Réquiem ætérnam, &c.

℣. Requiéſcant in pace. ℟. Amen.

AD MATVTINVM.

Inuitatorium.

REgem, cui ómnia viuunt, * Venîte adorêmus. Pſalmus. 94.

VEnîte exultêmus Dómino, iubilêmus Deo ſalutári noſtro: præoccupêmus fáciem eius in confeſsiône, & in Pſalmis iubilêmus ei.

Regem, cui ómnia, &c.

Qóniã Deus magnus Dñs, & Rex magnus ſuper omnes Deos: quóniam non repêllet Dóminus plebem ſuam; quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipſe cónſpicit.

Venîte adorêmus.

Quóniã ipsîus eſt mare, & ipſe fecit illud: & áridã fundauêrunt manus eius. Venîte adorêmus, & procidâmus ante Deum: plorêmus coram Dño, qui fecit nos, quia ipſe eſt Dñs Deus noſter, nos autem pópulus eius, & oues páſcuæ eius.

Regem, cui ómnia, &c.

Hódie ſi vocem eius audierîtis, nolîte obdurâre corda veſtra: ſicut in exacerbatiône, ſecúndùm

diem

diem tentatiônis in deſérto: vbi tentauêrunt me patres veſtri, probauêrũt, & vidêrũt ópera mea.
V enîte adorémus.
Q uadragînta annis próxim⁹ fui generatiôni huic: & dixi, Semper hi errant corde: ipſi verò non cognouêrunt vias meas, quibus iurâui in ira mea, ſi introíbunt in réquiem meam.
R egem cui ómnia, &c.
R équiem ætérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis.* Venîte, &c. * Regẽ, cui ómnia viuunt.* Venîte adorêmus.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Pro Feria ſecunda & quinta.

Añа. Dírige. Pſalmus 5.

V Erba mea áuribus pércipe Dómine: intéllige clamôrem meum.
I ntende voci oratiônis meæ: rex meus, & Deus meus.
Q uóniam ad te orâbo: Dómine, manè exáudies vocem meam.
M anè aſtábo tibi, & vidêbo: quóniam non Deus volens iniquitâtem tu es.
N eque habitâbit iuxta te malígnus: neque permanébunt iniúſti ante óculos tuos.
O díſti omnes, qui operántur iniquitâtem: perdes omnes, qui loquúntur mendácium.
V irum ſanguinũ & dolôſum abominábitur Dñs: ego autem in multitúdine miſericórdiæ tuæ.

I ntroîbo in domum tuam: adorâbo ad templum ſanctum tuum in timôre tuo.

D ómine deduc me in iuſtítia tua: propter inimícos meos dírige in conſpéctu tuo viam meam.

Q uóniam non eſt in ore eôrum véritas: cor eôrum vanum eſt.

S epúlchrum patens eſt guttur eôrum, linguis ſuis dolóſè agébant: iúdica illos Deus.

D écidant à cogitatiónibus ſuis, ſecúndùm multitúdinem impietâtum eôrum expélle eos: quóniam irritauérunt te Dómine.

E t lætêntur omnes, qui ſperant in te: in ætérnum exultábunt, & habitâbis in eis.

E t gloriabúntur in te omnes, qui díligũt Nómen tuum: quóniam tu benedíces iuſto.

D ómine, vt ſcuto bonæ voluntâtis tuæ: coronáſti nos.

R équiem ætérnam: dona eis Dómine.

E t lux perpétua: lúceat eis.

Aña. D írige Dómine Deus meus in conſpéctu tuo viam meam.

Aña. C onuértere. Pſalm. 6.

D Omine, ne in furôre tuo árguas me: neque in ira tua corrípias me.

M iſerêre mei Dñe, quóniã infírmus ſum: ſana me Dómine, quóniam conturbâta ſunt oſſa mea.

E t ánima mea turbâta eſt valdè: ſed tu Dómine vſquequò?

C on-

C onuértere Dómine, & éripe ánimam meam: ſaluum me fac propter miſericórdiam tuam.

Q uóniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inférno autem quis confitébitur tibi?

L aborâui in gémitu meo, lauâbo per ſíngulas noctes lectum meum: lácrymis meis ſtratum meum rigâbo.

T urbâtus eſt à furôre óculus meus: inueterâui inter omnes inimícos meos.

D iſcédite à me omnes qui operámini iniquitâtem: quóniam exaudîuit Dñs vocem fletus mei.

E xaudîuit Dóminus deprecatiônem meam: Dóminus oratiônem meam ſuſcêpit.

E rubéſcant & conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: conuertántur & erubéſcant valdè velóciter.

R équiem ætérnam: dona eis Dómine.

E t lux perpétua: lúceat eis.

Aña. C onuértere Dñe, & éripe ánimam meam: quóniam non eſt in morte qui memor ſit tui.

Aña. N e quando. Pſalmus 7.

DOmine Deus meus, in te ſperâui: ſaluum me fac ex ómnibus perſequéntibus me, & líbera me.

N e quando rápiat vt leo ánimam meam: dum non eſt qui rédimat, neque qui ſaluum fáciat.

D ómine Deus meus, ſi feci iſtud: ſi eſt iníquitas in mánibus meis.

S i réddidi retribuéntibus mihi mala: décidam méritò ab inimícis meis inânis.

P erſequâtur inimîcus ánimam meam, & comprehéndat, & concúlcet in terra vitam meam: & glóriam meam in púluerem dedûcat.

E xúrge Dómine in ira tua: & exaltâre in fínibus inimicôrum meôrum.

E t exúrge Dómine Deus meus in pręcépto quod mādáſti: & ſynagôga populôrū circúmdabit te.

E t propter hanc in altum regrédere: Dóminus iúdicat pópulos.

I údica me Dómine ſecúndùm iuſtítiam meam: & ſecúndùm innocéntiam meam ſuper me.

C onſumētur nequítia peccatôrum, & díriges iuſtum: ſcrutans corda & renes Deus.

I uſtum adiutórium meum à Dómino: qui ſaluos facit rectos corde.

D eus iudex iuſtus, fortis, & pátiens: numquid iráſcitur per ſíngulos dies?

N iſi conuérſi fuéritis, gládium ſuum vibrâbit: arcum ſuum tetēndit, & parâuit illum.

E t in eo parâuit vaſa mortis: ſagíttas ſuas ardéntibus effécit.

E cce partúrijt iniuſtítiam: concêpit dolôrem, & péperit iniquitâtem.

L acum apéruit, & effódit eum: & íncidit in fóueam quam fecit.

C onuertêtur dolor eius in caput eius: & in

vérticem ipſius iniquitas eius deſcéndet.

Confitêbor Dómino ſecúndùm iuſtítiam eius:& pſallam Nómini Dómini altíſsimi.

Réquiem ætérnam:dona eis Dómine.

Et lux perpétua:lúceat eis.

Antiph. Ne quando rápiat vt leo ánimam meam: dum non eſt qui rédimat,neq; qui ſaluum fáciat.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Dñe ánimas eôrum.

Pater noſter. totum ſecretò.

Lectiones leguntur ſine Abſolutiône, Benedictionibus,& Titulo.

Lectio i. *Iob 7.e*

PArce mihi Dómine: nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo quia magníficas eũ? aut quid appônis erga eũ cor tuum? Víſitas eum dilúculo,& ſúbitò probas illum. Vſquequò non parcis mihi,nec dimittis me, vt glútiam ſalíuam meam? Peccáui:quid fáciam tibi,ô cuſtos hóminum? Quare poſuíſti me contrárium tibi, & factus ſum mihimetípſi grauis? Cur non tollis peccâtum meum, & quare non aufers iniquitâtem meam? Ecce nunc in púluere dórmiam, & ſi manè me quæſieris,non ſubſíſtam.

Lectiones terminantur ſine Tu autem, vel alia concluſione.

℟. Credo quòd Redémptor meus viuit: & in nouíſsimo die de terra ſurrectûrus ſum: * Et in

carne mea vidêbo Deum Saluatôrem meum ℣. Quem viſûrus ſum ego ipſe, & non álius; & óculi mei conſpécturi ſunt. *Et in carne.

Lectio ij. *Iob* 10.

TÆdet ánimam meam vitæ meæ: dimittam aduérſum me elóquium meum. Loquar in amaritúdine ánimæ meæ, dicam Deo: Noli me condemnâre. Indica mihi, cur me ita iúdices? Númquid bonum tibi vidêtur, ſi calumniêris me, & ópprimas me opus mánuum tuârum, & conſiliũ impiôrum ádiuues? Numquid óculi cárnei tibi ſunt, aut ſicut videt homo, & tu vidêbis? Numquid ſicut dies hóminis dies tui, & anni tui ſicut humâna ſunt témpora, vt quæras iniquitâtẽ meã, & peccâtum meum ſcrutêris? Et ſcias quia nihil ímpium fécerim, cùm ſit nemo qui de manu tua poſsit erúere.

℞. Qui Lázarũ reſuſcitáſti à monuménto fœtidum: *Tu eis Dñe dona réquiem, & locum indulgéntiæ. ℣. Qui ventûrus es iudicâre viuos & mórtuos, & ſæculum per ignem. *Tu eis.

Lectio iij. *Iob* 10. *b*

MAnus tuę Dñe fecérunt me, & plaſmauérunt me totum in circúitu, & ſic repéntè præcípitas me? Meménto quæſo, quòd ſicut lutũ féceris me, & in púluerem redûces me. Nónne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut cáſeum me coaguláſti? Pelle & cárnibus veſtiſti me, óſsibus & neruis

com-

compegíſti me. Vitam & miſericórdiam tribuíſti mihi,& viſitátio tua cuſtodîuit ſpíritum meum.
℟. Dómine, quando véneris iudicâre terram, vbi me abſcóndam à vultu iræ tuæ? * Quia peccáui nimis in vita mea. ℣. Commíſſa mea pauéſco,& ante te erubéſco: dum véneris iudicâre,noli me condemnâre.* Quia. ℣. Réquiẽ ætérnam dona eis Dómine : & lux perpétua lúceat eis. * Quia peccáui.

IN II. NOCTVRNO.

Pro Feria tertia & ſexta.

Añа. In loco páſcuæ. Pſalmus 22.

Dominus regit me, & nihil mihi déerit: in loco páſcuæ ibi me collocâuit.

Super aquam refectiônis educâuit me: ánimam meam conuértit.

Edúxit me ſuper ſémitas iuſtítiæ: propter Nómen ſuum.

Nam & ſi ambuláuero in médio vmbræ mortis non timêbo mala:quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus: ipſa me conſoláta ſunt.

Paráſti in conſpéctu meo menſam: aduérſus eos qui tribulant me.

Impinguáſti in óleo caput meum: & calix meus inébrians quàm præclârus eſt!

Et miſericórdia tua ſubſequêtur me : ómnibus diêbus vitæ meæ.

Et vt inhábitem in domo Dómini : in longitúdinem diêrum.

Réquiem ætérnam: dona eis Dómine.

Et lux perpétua: lúceat eis.

Aña. In loco páſcuæ ibi me collocâuit.

Aña. Delícta. Pſalmus 24.

AD te Dómine leuáui ânimam meam : Deus meus in te confîdo, non erubéſcam.

Neque irrídeant me inimici mei: étenim vniuérſi, qui ſúſtinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes inîqua agéntes : ſuperuácuè.

Vias tuas Dómine demónſtra mihi : & ſémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritâte tua, & doce me : quia tu es Deus ſaluâtor meus, & te ſuſtínui tota die.

Reminíſcere miſeratiônum tuârum Dómine : & miſericordiârum tuârum, quæ à ſæculo ſunt.

Delícta iuuentûtis meæ : & ignorántias meas ne memíneris.

Secúndùm miſericôrdiam tuam meménto mei tu: propter bonitâtem tuam Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus : propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Dírigct manſuétos in iudício : docêbit mites vias ſuas.

Vniuérſæ viæ Dñi miſericórdia & véritas: requiréntibus teſtaméntum eius, & teſtimónia eius.

Propter Nómen tuum Dñe propitiáueris peccáto meo: multum eſt enim.

Quis eſt homo qui timet Dóminum? legem ſtátuit ei in via, quam elêgit.

Anima eius in bonis demorábitur: & ſemen eius hereditábit terram.

Firmaméntum eſt Dóminus timéntibus eum: & teſtaméntum ipsîus vt manifeſtêtur illis.

Oculi mei ſemper ad Dóminum: quóniam ipſe euéllet de láqueo pedes meos.

Réſpice in me, & miſerêre mei: quia únicus & pauper ſum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ ſunt: de neceſsitátibus meis érue me.

Vide humilitâtem meam & labôrem meum: & dimítte vniuérſa delicta mea.

Réſpice inimícos meos, quóniam multiplicáti ſunt: & ôdio iníquo odêrunt me.

Cuſtódi ánimam meam, & érue me: non erubéſcam, quóniam ſperáui in te.

Innocéntes & recti adhæſerunt mihi: quia ſuſtínui te.

Líbera Deus Iſraël: ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.

Réquiem ætérnam: dona eis Dómine.

Et lux perpétua: lúceat eis.

Antiph. D elicta iuuentûtis meæ, & ignorantias meas ne mémineris Dómine.

Aña. C redo vidêre. Pſalmus 26.

D Ominus illuminátio mea, & ſalus mea: quem timêbo?

D óminus protéctor vitæ meæ:à quo trepidâbo?

D um appropiant ſuper me nocéntes: vt edant carnes meas.

Q ui tribulant me inimíci mei: ipſi infirmáti ſunt, & cecidérunt.

S i conſiſtant aduérſum me caſtra: non timêbit cor meum.

S i exúrgat aduérſum me prœlium: in hoc ego ſperâbo.

V nam pétij à Dómino, hanc requîram: vt inhábitem in domo Dñi ómnibus diêbus vitæ meæ.

V t vídeam voluptâtem Dómini: & víſitem templum eius.

Q uóniam abſcóndit me in tabernáculo ſuo in die malôrum: protéxit me in abſcóndito tabernáculi ſui.

I n petra exaltâuit me: & nunc exaltâuit caput meum ſuper inimícos meos.

C ircuíui, & immoláui in tabernáculo eius hóſtiam vociferatiônis: cantâbo, & pſalmum dicam Dômino.

E xáudi Dómine vocem meam, qua clamáui ad te: miſerêre mei, & exáudi me.

Tibi

Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Dómine requîram.

Ne auértas fáciem tuam à me: ne declínes in ira à ſeruo tuo.

Adiûtor meus eſto, ne derelínquas me: neque deſpícias me Deus ſalutâris meus.

Quóniam pater meus, & mater mea dereliquérunt me: Dóminus autem aſſúmpſit me.

Legem pone mihi Dñe in via tua: & dírige me in ſémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: quóniam inſurrexérunt in me teſtes iníqui, & mentîta eſt iníquitas ſibi.

Credo vidêre bona Dómini: in terra viuéntium.

Expécta Dóminum, viríliter age: & confortêtur cor tuum, & ſuſtine Dóminum.

Réquiem ætérnam: dona eis Dómine.

Et lux perpétua: lúceat eis.

Aña. Credo vidêre bona Dñi in terra viuêntium.

℣. Cóllocet eos Dóminus: cum princípibus.

℟. Cum princípibus: pópuli ſui.

Pater noſter. totum ſecretò.

Lectio iiij. *Iob 13.d*

Reſpónde mihi: quantas hábeo iniquitátes & peccâta, ſcélera mea & delicta oſténde mihi. Cur fáciem tuam abſcóndis, & arbitrâris me inimícum tuum? Contra fólium, quod vento rápitur, oſténdis poténtiam tuam, & ſtipulam ſiccam

perſéqueris. Scríbis enim contra me amaritúdines, & conſúmere me vis peccátis adoleſcéntiæ meæ. Poſuíſti in neruo pedem meũ, & obſeruáſti omnes ſémitas meas, & veſtigia pedum meôrum conſideráſti. Qui quaſi putrêdo cõſuméndus ſum, & quaſi veſtiméntum quod coméditur à tinea.

℞. Meménto mei Deus, quia vetus eſt vita mea, * Nec aſpíciat me viſus hôminis. ℣. De profúndis clamáui ad te Dómine, Dómine exáudi vocem meam. * Nec aſpíciat.

Lectio v. *Iob* 14.

Homo natus de mulíere, breui viuens témpore, replêtur multis miſérijs. Qui quaſi flos egréditur & contéritur, & fugit velut vmbra, & numquam in eôdem ſtatu pérmanet. Et dignũ ducis ſuper huiuſcémodi aperîre óculos tuos, & addúcere eum tecum in iudícium? Quis poteſt fácere mundum de immúndo concéptum ſémine? nónne tu qui ſolus es? Breues dies hóminis ſunt, númerus ménſium eius apud te eſt: cõſtituíſti términos eius, qui præteríri non poterunt. Recêde páululùm ab eo, vt quiéſcat, donec optâta véniat, ſicut mercenárij dies eius.

℞. Hei mihi Dñe, quia peccáui nimis in vita mea. Quid fáciam miſer? vbi fúgiam, niſi ad te Deus meus? * Miſerêre mei, dum véneris in nouíſſimo die. ℣. Anima mea turbâta eſt valdè, ſed tu Dómine ſuccúrre ei. * Miſerêre.

Lectio vj. *Iob 14.c*

QVis mihi hoc tríbuat, vt in inférno prótegas me, & abſcóndas me, donec pertránſeat furor tuus, & conſtítuas mihi tempus, in quo recordêris mei? Putáſne mórtuus homo rurſum viuat? Cunctis diêbus, quibus nũc mílito, expécto donec véniat immutátio mea. Vocâbis me, & ego reſpondêbo tibi: óperi mánuum tuârum pórriges déxteram. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti: ſed parce peccâtis meis.

℟. Ne recordêris peccâta mea Dómine, * Dum véneris iudicâre ſæculum per ignem. ℣. Dírige Dómine Deus meus in conſpéctu tuo viam meã. * Dũ véneris. ℣. Rꝭquiẽ ætérnam. * Dũ véneris.

IN III. NOCTVRNO.

Pro Feria quarta, & Sabbato.

Añа. Complâceat. Pſalmus 39.

EXpéctans expectáui Dóminum: & inténdit mihi.

Et exaudîuit preces meas: & edúxit me lacu miſériæ, & de luto fæcis.

Et ſtátuit ſuper petram pedes meos: & diréxit greſſus meos.

Et immîſit in os meum cánticum nouum: carmen Deo noſtro.

Videbunt multi, & timébunt: & ſperábunt in Dómino.

Beâtus vir, cuius eſt Nómen Dómini ſpes eius:

& non reſpéxit in vanitâtes,& inſanias falſas.
Multa feciſti tu Dñe Deus meus mirábilia tua: & cogitatiónibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.
Annuntiáui,& locûtus ſum: multiplicati ſunt ſuper número.
Sacrificium & oblatiônem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.
Holocáuſtum & pro peccáto non poſtuláſti:tunc dixi,Ecce vénio.
In cápite libri ſcriptum eſt de me, vt fácerem voluntâtem tuam:Deus meus vólui & legem tuam in médio cordis mei.
Annuntiáui iuſtitiam tuã in Eccléſia magna: ecce lábia mea non prohibêbo,Dómine tu ſciſti.
Iuſtitiam tuam non abſcóndi in corde meo: veritâtem tuam,& ſalutâre tuum dixi.
Non abſcóndi miſericórdiam tuam, & veritâtem tuam:à concilio multo.
Tu autem Dómine ne longè fácias miſeratiónes tuas à me: miſericórdia tua, & véritas tua ſemper ſuſcepérunt me.
Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non eſt númerus: comprehendérunt me iniquitátes meæ,& non pótui vt vidêrem.
Multiplicátæ ſunt ſuper capillos cápitis mei: & cor meum derelîquit me.
Compláceat tibi Dómine, vt éruas me: Dómine ad adiuuándum me réſpice.

Confundántur & reuereántur ſimul qui quærunt ánimam meam: vt áuferant eam.

Conuertántur retrórſum, & reuereántur: qui volunt mihi mala.

Ferant conféſtim confuſiônem ſuam: qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exúltent, & lætén ur ſuper te omnes quæréntes te: & dicant ſemper, Magnificêtur Dóminus, qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego autem mendîcus ſum, & pauper: Dóminus ſollicitus eſt mei.

Adiûtor meus, & protéctor meus tu es: Deus meus ne tardáueris.

Réquiem ætérnam: dona eis Dómine.

Et lux perpétua: lúceat eis.

Aña. Compláceat tibi Dómine, vt erípias me: Dñe ad adiuuándum me réſpice.

Ana. Sana Dómine. Pſalmus 40.

BEâtus qui intélligit ſuper egênum & páuperem: in die mala liberâbit eum Dñs.

Dóminus conſéruet eum, & viuíficet eum, & beâtum fáciat eum in terra: & non tradat eum in ánimam inimicôrum eius.

Dóminus opem ferat illi ſuper lectum dolôris eius: vniuérſum ſtratum eius verſaſti in infirmitâte eius.

Ego dixi, Dómine miſerêre mei: ſana ánimam meam, quia peccáui tibi.

I nimíci mei dixérunt mala mihi: Quando moriêtur, & perîbit nomen eius?
E t ſi ingrediebâtur vt vidêret, vana loquebâtur: cor eius congregâuit iniquitâtem ſibi.
E grediebâtur foras: & loquebâtur in idípſum.
A duérſum me ſuſurrâbant omnes inimíci mei: aduérſum me cogitábant mala mihi.
V erbum iníquum conſtituérunt aduérſum me: Numquid qui dormit, non adiíciet vt ruſúrgat?
E tenim homo pacis meæ, in quo ſperáui: qui edêbat panes meos, magnificâuit ſuper me ſupplantatiônem.
T u autem Dómine miſerêre mei, & reſúſcita me: & retríbuam eis.
I n hoc cognóui, quóniam voluiſti me: quóniam non gaudêbit inimîcus meus ſuper me.
M e autem propter innocéntiam ſuſcepiſti: & cõfirmáſti me in conſpéctu tuo in ætérnum.
B enedictus Dóminus Deus Iſraël à ſæculo, & vſq; in ſæculum: fiat, fiat.
R équiem ætérnam: dona eis Dómine.
E t lux perpétua: lúceat eis.
Antiph. S ana Dómine ánimam meam, quia peccáui tibi.

Antiph. S itîuit. Pſalmus 41.

Q Vemádmodum deſiderat ceruus ad fontes aquârum: ita deſiderat ánima mea ad te Deus.

S itiuit ánima mea ad Deum fortem viuum: quã-
do véniam,& apparêbo ante fáciem Dei?
F uérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte:
dum dícitur mihi quotídie, Vbi eſt Deus tuus?
H æc recordâtus ſum, & effúdit in me ánimam
meam: quóniam tranſîbo in locum tabernáculi
admirábilis,vſque ad domum Dei.
I n voce exultatiônis, & confeſsiônis: ſonus epu-
lántis.
Q uare triſtis es ánima mea: & quare contur-
bas me?
S pera in Deo,quóniam adhuc confitêbor illi: ſa-
lutâre vultus mei,& Deus meus.
A d meípſum ánima mea conturbâta eſt: propté-
reà memor ero tui de terra Iordânis, & Her-
móniim à monte módico.
A byſſus abyſſum ínuocat: in voce cataractârum
tuârum.
O mnia excélſa tua, & fluctus tui: ſuper me
tranſiérunt.
I n die mandâuit Dóminus miſericórdiam ſuam:
& nocte cánticum eius.
A pud me orátio Deo vitæ meæ:dicam Deo, Suſ-
céptor meus es.
Q uare oblîtus es mei?& quare contriſtâtus incê-
do,dum afflígit me inimîcus?
D um confringúntur oſſa mea: exprobrauérunt
mihi qui tribulant me inimíci mei.

D um dicunt mihi per ſingulos dies, Vbi eſt Deus tuus? quare triſtis es ánima mea, & quare contúrbas me?

S pera in Deo, quóniam adhuc confitêbor illi: ſalutâre vultus mei, & Deus meus.

R équiem ætérnam: dona eis Dómine.

E t lux perpétua: lúceat eis.

Aña. S itîuit ánima mea ad Deum viuum: quando véniam, & apparêbo ante fáciem Dómini?

℣. N e tradas béſtijs: ánimas confiténtes tibi.

℟. E t ánimas páuperum tuôrum: ne obliuiſcâris in finem. Pater noſter. totum ſecretò.

Lectio vij. *Iob* 17.

S Píritus meus attenuábitur, dies mei breuiabúntur, & ſolum mihi ſúpereſt ſepúlchrum. Non peccáui, & in amaritudínibus morâtur óculus meus. Líbera me Dómine, & pone me iuxta te, & cuiúſuis manus pugnet contra me. Dies mei tranſiérunt, cogitatiónes meæ diſsipátæ ſunt torquéntes cor meum. Noctem vertérũt in diem, & rurſum poſt ténebras ſpero lucem. Si ſuſtinúero, inférnus domus mea eſt, & in ténebris ſtraui léctulum meum. Putrédini dixi, Pater meus es: mater mea, & ſoror mea, vérmibus. Vbi eſt ergo nunc præſtolátio mea, & patiéntia mea? Tu es Dómine Deus meus.

℟. Peccántem me quotídie, & non me pœniténtem, timor mortis contúrbat me: *Quia in inférno

no nulla eſt redémptio, miſerêre mei Deus,& ſalua me. ℣. Deus in Nómine tuo ſaluum me fac,& in virtûte tua líbera me. * Quia.

Lectio viij. *Iob* 19.*c*

PElli meæ, conſúmptis cárnibus, adhæſit os meum, & derelícta ſunt tantúmmodò lábia circa dentes meos. Miſerémini mei, miſerémini mei, ſaltem vos amíci mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare perſequímini me ſicut Deus,& cárnibus meis ſaturámini? Quis mihi tríbuat, vt ſcribántur ſermónes mei? quis mihi det, vt exarétur in libro ſtylo férreo,& plumbi lámina,vel celte ſculpántur in ſílice? Scio enim quòd Redēptor meus viuit, & in nouiſsimo die de terra ſurrectûrus ſum: & rurſum circúmdabor pelle mea, & in carne mea vidêbo Deū Saluatôrem meum. Quē viſúrus ſum ego ipſe, & óculi mei conſpectúri ſunt, & non álius: repóſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

℟. Dómine, ſecúndùm actum meum noli me iudicâre: nihil dignum in cōſpéctu tuo egi: ídeo déprecor maieſtâtem tuam, *Vt tu Deus déleas iniquitâtem meam. ℣. Ampliùs laua me Dñe ab iniuſtítia mea, & à delícto meo munda me. *Vt tu.

Lectio ix. *Iob* 10.*d*

QVare de vulua eduxíſti me? qui útinam conſúmptus eſſem, ne óculus me vidêret. Fuiſſem quaſi non eſſem, de útero tranſlâtus ad

tumulum. Numquid non páucitas diêrum meô-rum finiêtur breui? Dimítte me ergo, vt plangam páululùm dolôrem meum: ántequam vadam, & non reuértar, ad terram tenebrôſam, & opértam mortis calígine: terram miſériæ & tenebrârum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempitérnus horror inhábitat.

℟. Líbera me Dómine de vijs inférni, qui portas æreas confregíſti: & viſitáſti inférnum, & dedíſti eis lumen, vt vidérent te: * Qui erant in pœnis tenebrârum. ℣. Clamántes & dicéntes, Aduenîſti Redémptor noſter. * Qui erant. ℣. Réquiem ætérnam.* Qui.

Sequens ℟. dicitur ſolummodò in die Commemorationis omnium Defunctorum, & quandocumque pro Defunctis dicuntur nouem Lectiones.

℟. Líbera me Dómine de morte ætérna, in die illa treménda: * Quando cæli mouéndi ſunt & terra: * Dum véneris iudicâre ſæculum per ignẽ. ℣. Tremens factus ſum ego, & tímeo dũ diſcúſſio vénerit, atque ventûra ira. * Quãdo. ℣. Dies illa, dies iræ, calamitâtis & miſériæ, dies magna & amâra valdè. * Dum véneris. ℣. Réquiem ætérnam. * Libera me. vſque ad primum ℣.

AD LAVDES,

abſolutè incipitur.

Antiphona. Exultábunt Dómino. Pſalm. 50.

Miſerêre mei Deus: ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam.

Et ſecúndùm multitúdinem miſeratiônum tuârum: dele iniquitâtem meam.

Ampliùs laua me ab iniquitâte mea: & à peccâto meo munda me.

Quóniam iniquitâtem meam ego cognóſco: & peccâtum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccáui, & malum corã te feci: vt iuſtificêris in ſermônib' tuis, & vincas cũ iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus ſum: & in peccátis concêpit me mater mea.

Ecce enim veritâtem dilexíſti: incérta & occúlta ſapiéntiæ tuæ manifeſtáſti mihi.

Aſpérges me hyſſópo, & mundábor: lauâbis me, & ſuper niuem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam: & exultâbunt oſſa humiliâta.

Auérte fáciem tuam à peccátis meis: & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & ſpíritum rectum ínnoua in viſcéribus meis.

Ne proíicias me à facie tua: & ſpíritum ſanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalutâris tui: & ſpíritu principáli confirma me.

Docêbo iniquos vias tuas: & ímpij ad te conuerténtur.

Líbera me de ſanguínibus Deus, Deus ſalûtis meæ:& exultâbit lingua mea iuſtitiam tuam.

Dómine lábia mea apéries: & os meum annuntiâbit laudem tuam.

Quóniam ſi voluíſſes ſacrificium, dedíſſem útique:holocáuſtis non delectáberis.

Sacrificium Deo ſpíritus contribulâtus:cor contrîtum & humiliâtum Deus non deſpícies.

Benígnè fac Dómine in bona voluntâte tua Siõ: vt ædificéntur muri Ieruſalêm.

Tunc acceptábis ſacrifícium iuſtítiæ,oblatiônes, & holocáuſta:tunc impónent ſuper altâre tuum vítulos.

Réquiem ætérnam: dona eis Dómine.

Et lux perpétua: lúceat eis.

Añа. Exultábunt Dómino oſſa humiliâta.

Añа. Exaudi Dómine. Pſalm.64.

TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddêtur votum in Ieruſalêm.

Exáudi oratiônẽ meam:ad te omnis caro véniet.

Verba iniquôrum præualuérunt ſuper nos:& impietâtibus noſtris tu propitiáberis.

Beâtus quem elegíſti, & aſſumpſíſti: inhabitâbit in átrijs tuis.

Replébimur in bonis domus tuæ: ſanctum eſt templum tuum,mirábile in æquitâte.

Exáudi nos Deus ſalutâris noſter: ſpes ómnium finium terræ,& in mari longè.

Præpa-

P ræparans montes in virtûte tua, accínctus poténtia:qui contúrbas profúndum maris, ſonum flúctuum eius.
T urbabúntur gentes, & timébunt qui hábitant términos à ſignis tuis:éxitus matutíni & véſperè delectábis.
V iſitáſti terram, & inebriáſti eam: multiplicáſti locupletâre eam.
Flumen Dei replêtum eſt aquis, paráſti cibum illôrum:quóniam ita eſt præparátio eius.
R iuos eius inébria, multíplica genímina eius: in ſtillicídijs eius lætábitur gérminans.
B enedíces corónæ anni benignitâtis tuæ:& campi tui replebúntur vbertâte.
P inguéſcent ſpeciôſa deſérti: & exultatiône colles accingéntur.
I ndúti ſunt arietes óuium, & valles abundábunt fruménto:clamábunt,étenim hymnum dicent.
R équiem ætérnam: dona eis Dómine,&c.
Aña. E xáudi Dómine oratiônem meam, ad te omnis caro véniet.
Aña. M e ſuſcêpit. Pſalmus 62.

D Eus Deus meus:ad te de luce vígilo.
S itîuit in te ánima mea: quàm multiplíciter tibi caro mea.
I n terra deſérta,& ínuia,& inaquóſa:ſic in ſancto appárui tibi,vt vidêrem virtûtem tuam, & glóriam tuam.

Quo-

Quóniam mélior eſt miſericórdia tua ſuper vitas: lábia mea laudábunt te.

S ic benedîcam te in vita mea: & in Nómine tuo lauâbo manus meas.

S icut ádipe & pinguédine repleâtur ánima mea: & lábijs exultatiônis laudábis os meum.

S i memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutínis meditâbor in te: quia fuíſti adiûtor meus.

E t in velaménto alârum tuârũ exultâbo, adhæſit ánima mea poſt te: me ſuſcêpit déxtera tua.

I pſi verò in vanum quæſiérunt ánimam meam, introíbunt in inferiôra terræ: tradéntur in manus gládij, partes vúlpium erunt.

R ex verò lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui iurant in eo: quia obſtrúctum eſt os loquéntium iníqua.

Pſalmus 66.

D Eus miſereâtur noſtri, & benedîcat nobis: illúminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereâtur noſtri.

V t cognoſcâmus in terra viam tuam: in ómnibus géntibus ſalutâre tuum.

C onfiteántur tibi pópuli Deus: confiteántur tibi pópuli omnes.

L æténtur & exúltent gentes: quóniam iúdicas pópulos in æquitâte, & gentes in terra dírigis.

C onfiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: terra dedit frúctum ſuum.

B enedîcat nos Deus, Deus noſter, benedîcat nos

Deus: & métuant eum omnes fines terræ.
Réquiem ætérnam: dona eis Dómine, &c.
Aña. Me ſuſcêpit déxtera tua Dómine.
Antiphona. A porta ínferi.

Canticum Ezechiæ. *Iſaiæ* 38.

EGo dixi, In dimídio diêrum meôrum: vadam ad portas ínferi.
Quæſiui reſíduum annôrum meôrum: dixi, Non vidêbo Dóminum Deum in terra viuéntium.
Non aſpíciã hóminẽ vltrà: & habitatôrẽ quiêtis.
Generátio mea ablâta eſt, & conuolûta eſt à me: quaſi tabernáculum paſtôrum.
Præcîſa eſt velut à texénte, vita mea; dum adhuc ordîrer, ſuccîdet me: de manè vſque ad véſperam fínies me.
Sperábam vſque ad manè: quaſi leo ſic contrîuit ómnia oſſa mea.
De manè vſque ad véſperã fínies me: ſicut pullus hirúndinis ſic clamâbo, meditâbor vt colũba.
Attenuáti ſunt óculi mei: ſuſpiciéntes in excélſum.
Dómine vim pátior, reſponde pro me: quid dicã, aut quid reſpondêbit mihi, cùm ipſe fécerit?
Recogitâbo tibi omnes annos meos: in amaritúdine ánimæ meæ.
Dómine ſi ſic víuitur, & in tálibus vita ſpíritus mei, corrípies me, & viuificâbis me: ecce in pace amaritúdo mea amaríſsima.

Tu autem eruíſti ánimam meam, vt non periret: proiecíſti poſt tergũ tuum ómnia peccâta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudâbit te: non expectâbunt, qui deſcéndunt in lacum, veritâtem tuam.

Viuens viuens ipſe confitébitur tibi, ſicut & ego hódie: pater filijs notam fáciet veritâtem tuam.

Dómine ſaluũ me fac: & pſalmos noſtros cantábimus cunctis diêbus vitæ noſtræ in domo Dñi.

Réquiem ætérnam: dona eis Dómine,

Et lux perpétua: lúceat eis.

Aña. A porta ínferi érue Dómine ánimam meã.

Aña. Omnis ſpíritus. Pſalm. 148.

Laudâte Dóminum de cœlis: laudâte eum in excélſis.

Laudâte eum omnes Angeli eius: laudâte eum omnes virtútes eius.

Laudâte eum ſol & luna: laudâte eum omnes ſtellæ & lumen.

Laudâte eum cæli cælôrum: & aquæ omnes, quæ ſuper cælos ſunt, laudent Nómen Dómini.

Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandâuit, & creâta ſunt.

Státuit ea in ætérnum, & in ſæculum ſæculi: præcéptum poſuit, & non præteríbit.

Laudâte Dñm de terra: dracónes, & oẽs abyſſi.

Ignis, grando, nix, glácies, ſpíritus procellãrum: quæ fáciunt verbum eius.

Montes

Montes & omnes colles : ligna fructífera, & omnes cedri.

Béſtiæ,& vniuérſa pécora:ſerpéntes, & vólucres pennátæ.

Reges terræ, & omnes pópuli : príncipes,& omnes iúdices terræ.

Iúuenes,& vírgines, ſenes cum iunióribus,laudẽt Nómen Dómini : quia exaltâtum eſt Nómen eius ſolîus.

Confésſio eius ſuper cælum & terram : & exaltâuit cornu pôpuli ſui.

Hymnus ómnibus Sanctis eius:filijs Iſraël,pópulo appropinquánti ſibi.

Pſalmus 149.

Cantâte Dómino cánticum nouum : laus eius in Ecclésia ſanctôrum.

Lætêtur Iſraël in eo, qui fecit eum : & filij Siôn exúltent in rege ſuo.

Laudent Nómen eius in choro : in tympano & pſaltério pſallant ei.

Quia beneplácitum eſt Dómino in pópulo ſuo:& exaltâbit manſuétos in ſalûtem.

Exultábunt Sancti in glória:lætabúntur in cubílibus ſuis.

Exaltatiónes Dei in gútture eôrum : & gládij ancípites in mánibus eôrum.

Ad faciéndam vindíctam in natiónibus:increpatiónes in pópulis.

A d alligándos reges eôrum in compédibus: & nóbiles eôrum in mánicis férreis.
V t fáciant in eis iudíciũ conſcríptum: glória hæc eſt ómnibus Sanctis eius. Pſalm. 150.

L Audâte Dóminum in Sanctis eius: laudâte eum in firmaménto virtûtis eius.
L audâte eũ in virtútibus eius: laudâte eum ſecúndùm multitúdinem magnitúdinis eius.
L audâte eum in ſono tubæ: laudâte eum in pſaltério & cíthara.
L audâte eum in tympano & choro: laudâte eum in chordis & órgano.
L audâte eum in cymbalis beneſonántibus, laudâte eum in cymbalis iubilatiônis: omnis ſpíritus laudet Dóminum.
R équiem ætérnam: dona eis Dómine.
E t lux perpétua: lúceat eis.
Aña. O mnis ſpíritus laudet Dóminum. ℣. A udîui vocem de cælo dicéntem mihi. ℟. B eâti mórtui, qui in Dómino moriúntur.
Antiph. E go ſum reſurréctio.

Canticum Zachariæ. *Luca* 1.

B Enedíctus Dóminus Deus Iſraël: quia viſitâuit, & fecit redemptiônem plebis ſuæ.
E t eréxit cornu ſalûtis nobis: in domo Dauid púeri ſui.
S icut locûtus eſt per os Sanctôrum: qui à ſæculo ſunt, prophetârum eius.

S alû-

S alutem ex inimicis noſtris: & de manu ómnium, qui odérunt nos.

A d faciéndam miſericórdiam cum pátribus noſtris: & memorári teſtaménti ſui ſancti.

I uſiurándum, quod iurâuit ad Abráham patrem noſtrum: datûrum ſe nobis.

V t ſine timôre de manu inimicôrum noſtrôrum liberâti: ſeruiâmus illi.

I n ſanctitâte & iuſtítia coram ipſo: ómnibus diêbus noſtris.

E t tu puer, Prophêta Altíſsimi vocáberis: præíbis enim ante fáciem Dómini, parâre vias eius.

A d dandam ſciéntiam ſalûtis plebi eius: in remiſſiônem peccatôrum eôrum.

P er víſcera miſericórdiæ Dei noſtri: in quibus viſitâuit nos óriens ex alto.

I lluminâre his, qui in ténebris & in vmbra mortis ſedēt: ad dirigéndos pedes noſtros in viã pacis.

R équiem ætérnam: dona eis Dómine.

E t lux perpétua: lúceat eis.

Antiphona. E go ſum reſurréctio, & vita: qui credit in me, étiam ſi mórtuus fúerit, viuet: & omnis qui viuit, & credit in me, non moriêtur in ætérnum.

Deinde Pater noſter. & in Officio non duplici

Pſalmus 129.

D E profúndis clamâui ad te Dómine: Dómine exáudi vocem meam.

F iant áures tuæ intendéntes: in vocem deprecatiônis meæ.
S i iniquitâtes obſeruáueris Dómine: Dómine quis ſuſtinébit?
Q uia apud te propitiátio eſt: & propter legem tuam ſuſtínui te Dómino.
S uſtinuit ánima meá in verbo eius: ſperâuit ánima mea in Dómine.
A cuſtódia matutína vſque ad noctem: ſperet Iſraël in Dómino.
Q uia apud Dóminum miſericórdia: & copióſa apud eum redémptio.
E t ipſe rédimet Iſraël:ex ómnib⁹ iniquitátib⁹ eius.
R équiem ætérnam: dona eis Dómine.
E t lux perpétua: lúceat eis.

Deinde dicuntur Preces & Oratio prima vt ſuprà in Veſperis. Quia verò ſæpius in Choro ſolet fieri Officium Defunctorum vel trium Lectionũ, vt pro Fratribus alterius Prouinciæ, vel nouen ſub ſemiduplici, vt in Ternarijs, & aliàs; & tunc debent addi poſt Orationem Officio conuenientem aliæ duæ; ideo nè Sacerdos eas dicturus longiùs euagetur, oportuit hic apponere.

Poſt primam Orationem in Veſperis poſitam, ſecunda Oratio:

D Eus véniæ largîtor, & humánæ ſalûtis amâtor: quæſumus cleméntiã tuã, vt noſtræ Cõgregatiônis Fratres, propínquos,

&be-

& benefactóres, qui ex hoc ſæculo tranſiérunt; beáta María ſemper vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis conſórtium peruenîre concédas.

Tertia Oratio.

FIdélium Deus, ómnium cónditor & redémptor: animâbus famulôrum famulârúmque tuârum, remiſiônem cunctôrum tríbue peccatôrum: vt indulgéntiam, quã ſemper optauérunt, pijs ſupplicatiónibus conſequántur. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculôrum.

℣. Réquiem ætérnam: dona eis Dómine.

℟. Et lux perpétua: lúceat eis.

In primo Ternario dicendo inter octauam Epiphaniæ, & feſtum Purificationis, prima Oratio.

INclína Dómine áurem tuã ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecâmur; vt ánimas famulôrum tuôrum, quas de hoc ſæculo migrâre iuſiſti, in pacis, ac lucis regiône conſtítuas, & Sanctôrum tuôrum iúbeas eſſe conſórtes.

Secũda: Deus veniæ. 3. Fidélium Deus. vt ſuprà.

In ſecundo Ternario inter octauam Paſchæ & Aſcenſionem Domini.

DEus, qui nos patrem & matrem honorâre præcepíſti; miſerêre cleménter animâbus paréntum noſtrôrum, eôrumque peccâta dimítte, noſq; eos in ætérnæ claritâtis gaudio fac vidêre.

DEus, cuius miſeratiône ánimæ fidelium requiéſcũt, fámulis & famulábus tuis, & ómnibus hic, & vbique in Chriſto quieſcéntibus, da propítius véniam peccatôrum: vt à cunctis reátibus abſolûti, tecum ſine fine lætêntur.

Fidélium Deus, vt ſuprà.

In tertio Ternario inter octauam S.Michaëlis, & feſtum omnium Sanctorum.

Deus, veniæ largitor. Deus, cuius miſeratióne.
Fidélium Deus, vt ſuprà.

Hic vlterius aduertendum eſt, quòd quando Nocturna diuidenda fuerint per ferias hebdomadæ, ſemper debet dici illud Nocturnum, quod pro illa feria ex Breuiario Romano hic aſsignatur, nempè primum Nocturnum fer. ij. & v. Secundum fer. iij. & vj. Tertium fer. iiij. & Sabbato.

CAPVT SEPTIMVM.

De ſepultura Fratrum.

CVM Defunctus ſepeliendus fuerit, pulſato cymbalo, Fratres in Sacriſtiam conueniãt, & Sacriſta diſtribuat eis libellos Proceſsionarios ſiue Funerales, accẽſaſq; cãdelas. Deinde ingrediãtur Eccleſiã proceſsionaliter, atq; in ea hoc modo ordinẽtur.

In die

Digitized by Google

In die depoſitionis, poſt vltimum Reſponſoriũ Nocturni ſupra poſiti, ſi opportunũ fuerit tempus, cantetur ſolemniter Miſſa de die obitus, ſiue depoſitionis. Qua finita, Sacerdos retrahit ſe ad cornu Epiſtolæ, vbi exuitur caſulla, & depoſito manipulo, accipit pluuiale nigrũ. Vel, ſi non celebratur Miſſa, dicto prædicto Reſpõſorio, & facta reuerentia Altari, ſiue ſanctiſsimo Sacramẽto genuflexione, cum Miniſtris, Subdiaconus accipit Crucem; & ſi defunctus Sacerdos ſit, ſiſtit ſe ſemper ad caput defuncti medius inter Acolytos tenentes luminaria iuxta gradus Altaris, verſa facie ad Acolytũ dextri lateris. Celebrans verò ex alia parte ſemper ad pedes defuncti iuxta cãcellos Capellæ maioris, contra Crucẽ. Sed quando defunctus nõ eſt Sacerdos, cùm pedes illius ſint verſus Altare, vt dictum eſt ſupra capite quinto in fine, Sacerdos & Diaconus retrahunt ſe ad cornu Epiſtolæ ita poſiti, vt terga Altari non vertãt, & Subdiaconus cum Cruce, & Acolytis ſe iuxta cancellos Capellæ maioris colocabit contra Altare, ita vt inter ipſum & tumulũ poſſit tranſire Sacerdos. Diaconus teneat ſiniſtrũ latus Celebrãtis, & prope eũ ſit Thuriferarius deferens thuribulũ & aſperſorium: cæteri Fratres in circuitu feretri cũ candelis accenſis. Et tunc Celebrans abſolutè incipiat ſine oremus Orationem ſequentem.

NOn intres in iudícium cum ſeruo tuo Dñe, quia nullus apud te iuſtificábitur homo, niſi per te ómnium peccatórum ei tribuâtur remíſsio. Non ergo eum, quæſumus, tua iudiciális ſenténtia premat, quem tibi vera ſupplicátio Fídei Chriſtiá

næ commêndat. Sed grátia tua illi ſuccurrênte, mereâtur euádere iudícium vltiônis: qui dum víueret, inſignîtus eſt ſignáculo ſanctæ Trinitâtis. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde Cantores incipiunt Reſponſorium.

SVbuenîte ſancti Dei, occúrrite Angeli Dñi: * Suſcipiéntes ánimã eius. * Offerêntes eam in conſpêctu Altíſsimi. ℣. Suſcipiat te Chriſtus, qui vocâuit te, & in ſinũ Abrahæ Angeli dedûcant te. * Suſcipiêntes ánimã eius. * Offerêntes eã, &c. ℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine, & lux perpétua lúceat ei. * Offerêntes eam, &c.

Circa finem Reſponſorij Celebrans ponit incenſum ter in thuribulo, benedicens illud more ſolito (Diacono nauiculam miniſtrante ſine oſculo) interim dicens: Ab illo bene ✠ dicâris, in cuius honôre cremáberis. Amen.

Cãtores. Kyrie eléiſon. Chorus. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon.

Poſteà Celebrans alta voce dicat: Pater noſter. & ſecretò proſequendo reliqua, accipit aſperſorium de manu Diaconi abſque oſculo manus, & facta Altari reuerentia, ſeu ſanctiſsimo Sacramento genuflexione (à Diacono verò vtroque modo facta genuflexione, à dextris ipſum comitãte, fimbriamque anteriorẽ pluuialis portãte) circumiens feretrum, illud aſpergit aqua benedicta ter à parte dextera, & ter à ſiniſtra. Cùm tranſit ante Cru-

cem profundè inclinat, Diaconus verò genufle-ctit: de cuius manu accipit poſtea thuribulum, & eodem modo, quo aſperſerat, incenſat ipſum etiã feretrum, & rediens ad priſtinum locum, Diacono librum tenente, dicit iunctis manibus Verſus ſequentes cum Oratione. Quod etiam in vnoquoque ex infra dicendis reſponſorijs fieri debet, in quibus benedictio incenſi, & cætera, vbi ſupra obſeruanda erunt.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam eius.
℣. Requiêſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Deus, cui ómnia viuunt, & cui non péreunt moriéndo córpora noſtra: ſed mutântur in mélius: te ſúpplices deprecâmur, vt ſuſcípi iúbeas ánimã famuli tui Fratris noſtri N. per manus ſanctôrum Angelôrum deducêndam in ſinum amíci tui Abrahæ Patriârchæ, reſuſcitândamque in nouíſsimo magni iudícij die: & quidquid vitiôrum, diábolo fallênte, contrâxit, tu pius & miſéricors ábluas indulgêndo. Per Chriſtũ Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Qua finita Chorus cantat Reſponſorium.

N e recordêris peccâta mea Dómine: * Dum véneris iudicâre ſæculum per ignem. ℣. D írige Dómine Deus meus in conſpêctu tuo viam meã. * Dum véneris,&c. ℣. R équiẽ ætérnam dona ei Dómine: & lux perpétua luceat ei. * Dum véneris iudicâre,&c.

Cãtores. K yrie eléiſon. Chorus. C hriſte eléiſon. K yrie eléiſon.

Sacerdos dicit: P ater noſter. alta voce, reliqua ſecretò.

℣. E t ne nos indûcas in tentatiônem.

℟. S ed líbera nos à malo.

℣. A porta ínferi,&c.

vt in præcedenti Reſponſorio vſque ad Orationem, quæ dicenda erit, vt ſequitur. O rêmus.

F Ac, quæſumus Dómine, hanc cum fámulo tuo Fratre noſtro N. defûncto miſericórdiam, vt factôrum ſuôrum in pœnis non recípiat vicem, qui tuam in votis ténuit voluntâtem: vt ſicut hîc eum, vera fides iunxit Fidélium turmis, ita illic eum tua miſerátio ſóciet choris Angélicis. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde cantatur tertium Reſponſorium.

L íbera me Dómine de morte ætérna in die illa tremênda. * Quãdo cœli mouêndi ſunt, & terra. * Dũ véneris iudicâre ſæculũ per ignem. ℣. Trémens factus ſum ego, & tímeo: dum diſcúſsio vénerit,

n erit, atque ventûra ira. * Quando cœli mouéndi ſunt, & terra. Dum véneris iudicâre ſæculum per ignem. ℣. D ies illa dies iræ, calamitâtis, & miſériæ; dies magna, & amâra valdè. * Dũ véneris, &c. ℣. R équiem ætérnam dona ei Dómine: & lux perpétua lúceat ei. ℟. L íbera me Dómine de morte ætérna in die illa treménda: quando cœli mouéndi ſunt, & terra. * Dum véneris iudicâre ſæculum per ignem. K yrie eléiſon. C hriſte eléiſon. K yrie eléiſon. Sacérdos dicit: P ater noſter. ſecretò. ℣. E t ne nos indûcas in tẽtatiônem, &c. vt ſuprà in primo Reſponſorio, vſq; ad Orationẽ.

O rêmus.

ABſólue, quæſumus Dñe, ánimam famuli tui Fratris noſtri N. ab omni vínculo delictórum: vt in reſurrectiônis glória inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitâtus reſpîret. Per Chriſtum Dóminum noſtrum, ℟. Amen.

Dũ hęc vltima Oratio dicitur à Sacerdote, quatuor Fratres, qui delaturi ſunt corpus ad locũ ſepulturæ, ordinent ſe iuxta feretrum hinc, & inde, & Oratione finita, incipiunt Cantores alta voce: In Paradiſum, &c. vt infrà cum reliquis, quæ proſequitur Chorus. Interim Fratres ordine, quo defunctum ad Eccleſiam detulerunt, procedant ad locum, vbi terræ mandandus eſt. Et campanæ ad finem vſque Officij funebrè pulſentur.

I n Paradíſum dedûcãt te Angeli, in tuo aduéntu ſuſ-

tu ſuſcipiant te Mártyres, & perdûcant te in ciuitâtem ſanctam Ieruſalêm.

Aña. Ego ſum reſurréctio, & vita, qui credit in me, etiam ſi mórtuus fúerit, viuet: & omnis qui viuit, & credit in me, non moriétur in ætérnum.

Canticum Zachariæ.

Benedíctus Dñs Deus Iſraël, vt ſuprà pag. 290. in fine Verſ. Réquiem ætérnam, &c. & repetitur Aña. Ego ſum reſurréctio, &c.

Cùm ad ſepulturam peruenerint, Sacerdos, & Miniſtri ordinent ſe ad foſſam modo, quo in Eccleſia diſpoſiti fuerunt, vel aliter ſecundùm aptitudinem loci, prout commodè poterunt. Conuẽtus verò ordinet ſe ſicut loci opportunitas permiſerit, defuncti corpore iuxta tumulum verſa ad Altare facie collocato: tunc ſi ſepulchrum non eſt benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens:

Orêmus.

Deus, cuius miſeratiône ánimæ fidéliũ requiéſcunt, hunc túmulum bene ✠ dícere dignâre, eíque Angelum tuum ſanctum députa cuſtódem: & quorum, quarumque córpora hic ſepeliúntur, ánimas eôrum ab ómnibus abſólue vínculis delictôrum: vt in te ſemper cum Sanctis tuis ſine fine lætêntur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Dicta Oratione, Sacerdos aqua benedicta aſpergat & incenſet corpus defuncti, & tumulum.

De-

Deinde Cantores incipiunt deuotè:

Aña. Clementíſsime Dómine, qui pro noſtra miſéria ab impiôrum mánibus mortis ſuppliciũ pertulíſti: líbera ánimam eius de inférni vorágine, & de miniſtris tartáreis miſerâtor abſôlue: & cuncta eius peccâta obliuione perpétua dele; eamque ad lucem tuam Angeli trahant, Paradíſique iánuam introdúcant, vt dum corpus púlueri tráditur, ad æternitâtem perdûcant.

Omnes Fratres genuflectunt dum dicitur.

Dómine, miſerêre ſuper iſto peccatôre: & ſtatim ſurgunt.

Duo autem Fratres aſsignati deſcendant in foſſam ad ſuſcipiẽdum corpus, & duo alij ipſum deponant verſa facie ad Altare, & vna cum illis, vt decentius poterunt (faciem eiuſden. caputio velantes) in ſepultura collocent: Deinde Sacerdos proiiciat ſuper illud pugillum terræ, & Fratres ad hoc conſtituti humo cooperiãt. Quibus peractis, dicitur à Cantoribus:

Kyrie eléiſon. Chorus. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. & Sacerdos initiat alta voce: Pater noſter. proſequitur ſecretò. vſq; ad

℣. Et ne nos indúcas in tentatiônem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. A porta ínferi.

℟. Erue Dómine ánimam eius.

℣. Requiéſcat in pace. ℟. Amen.

℣. Dómi-

℣. Domine exâudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Satisfaciat tibi, quæſumus Dñe Deus noſter, pro ánima famuli tui N. Fratris noſtri, Sãctę Dei Genetrîcis, ſemperq; Vírginis Marîæ, & Beâti Patris noſtri Elîæ, ómniumque Sanctôrum tuôrum orátio, & præſéntis famíliæ tuæ húmilis, & deuôta ſupplicátio: vt peccatôrum ómnium véniam, quam peccâmur, obtineat: neque eum patiâris cruciári gehennálibus flammis, quem Fílij tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti pretióſo ſánguine redemîſti, qui tecum, & cum Spíritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

Finita Oratione, extinguntur candelæ, Cantoreque incipiente, & proſequente Conuentu tono mediocri Pſalm. Miſerêre mei. in fine Réquiem ætérnam, &c. Fratres ad maiorem Capellam reuertuntur, in qua per Choros diuiduntur. Sacerdos verò cum Diacono à ſiniſtris, & Subdiaconus portans Crucem inter Acolytos, ante gradus maioris Altaris collocentur.

Finito Pſalm. Miſerêre mei, &c. Sacerdos dicit alta voce: Pater noſter. Poſt modum Fratres ſupra pauimentum verſis faciebus ad Altare, Sacerdos verò cum Diacono ſupra gradus Altaris ſe proſternunt, ac ſub ſilentio proſequuntur, qui-

es in

es in cœlis, &c. Quo finito, Sacerdos ſolus erectus eâdem, qua cœperat voce dicat Verſus ſequentes cum Oratione.

℣. Et ne nos indûcas in tentatiônem.

℟. Sed líbera nos à malo.

℣. In memória ætêrna erunt Iuſti.

℟. Ab áuditione mala non timêbunt.

℣. Dómine exáudi oratiônem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum Spíritu tuo. Orêmus.

Abſólue, quæſumus Dómine, ánimam famuli tui, & ánimas famulôrum, famulârumque tuârum, & ómnium Fidélium defunctôrum ab omni vínculo delictôrum: vt in reſurrectiônis glória inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitâti réſpirent. Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam: dona eis Dómine.

℟. Et lux perpétua: lúceat eis.

℣. Requiéſcant in pace.

℟. Amen.

Deinde Sacerdos proſternat ſe vt prius, & omnes ſub ſilentio proſtrati dicant: Pater noſter. Quo finito, factoque per Præſidentem ſigno, ſurgant omnes, & Eccleſiam Pſalmum De profúndis dicentes, egrediantur. In fine Pſalmi verſus ſequentes:

℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine,&c.
℣. Dómine exáudi,&c. ℟. Et clamor,&c.
℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum Spíritu tuo.
Orêmus. Fidélium Deus,&c. vt ſup.pag. 293.
℣. Réquiem ætérnam,&c. ℟. Et lux,&c.
℣. Requiéſcant in pace. ℟. Amen.

Si cum Officio ſepulturæ non ſit celebranda Miſſa, fit Officium vt ſupra eſt annotatum: ſequenti verò die dicatur Miſſa ſolemnis de die obitus, ſeu depoſitionis vt in Miſſali, & fiat in fine Miſſæ Abſolutio, vt habetur ſupra pag. 93.

CAPVT OCTAVVM.

De Officio ſepulturæ ſæcularium.

¶ I.

De receptione eorumdem ad ſepulturam.

QVādo aliquis ſæcularis apud nos ſepeliendus fuerit, ſi ſolemniter recipiendus ſit, pulſato cymbalo, Fratres ad Sacriſtiam in cappis conueniant. Appropinquante igitur funere, exeant Fratres proceſsionaliter per Eccléſiam obuiam defuncto vſque ad portam exteriorem,

vel

vel vſq; ad locum, qui Priori videbitur expedire, hoc modo. Præcedant duo Fratres aquam benedictam, & thuribulum deferẽtes: ſubſequatur Subdiaconus Crucem portans (ſi Miniſtri adfuerint) inter Acolytos accenſos cereos deferentes; poſt eum Sacerdos pluuiali nigro indutus, & Diaconus à ſiniſtris: vltimò Conuẽtus præcedentibus ſenioribus. Et ſic, Sacerdote cum Diacono in loco deſtinato ſiſtente, Fratres reliqui poſt ipſum ordinatè ſubſiſtant: procedenteque funere per mediũ Fratrum, cùm corpus defuncti ad Sacerdotem peruenerit, aſpergatur ab ipſo, & campanæ funebrè pulſentur.

Deinde incipientibus Cantoribus, & proſequẽte Conuentu Reſponſorium ſequens, reuertatur Proceſsio cum funere in Eccleſiam, Subdiacono, ſiue Cruciferario, & Acolytis præcedentibus.

℟. Ne recordêris peccâta mea Dómine, * Dũ véneris iudicâre ſæculum per ignem. ℣. Dírige Dómine Deus meus in conſpéctu tuo viam meã. * Dum véneris, &c. ℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine: & lux perpétua lúceat ei. * Dum véneris iudicâre, &c.

Non dicuntur hîc Verſus aliqui ex conſuetis, neque Oratio aliqua, ſed depoſito corpore in maiori Capella, in loco iã præparato, ordine diſpoſito ſup. pag. 92. & 255. dicitur primũ Nocturnum Defunctorũ cũ Inuitatorio, & ſolemnitate dupli-

cis, vt ſuprà habetur pag. 262. Deinde Miſſa de die depoſitionis. Aliôquin, finito Nocturno, dicitur: Non intres, &c. pro Officio ſepulturæ.

Ordo ſepeliendi adultum Clericum, ſiue Laicum.

¶ II.

CVM Defunctus ſæcularis ſepeliendus fuerit, pulſato cymbalo, Fratres in Sacriſtiā conueniant, quibus Sacriſta Libellos Proceſsionarios, ſiue Funerales diſtribuat cum candelis accenſis. Deinde ingrediantur Eccleſiam proceſsionaliter, & in ea de more conſtituantur in duobus Choris, ſeruata forma ſuprà poſita, pagin. 294. in Officio de ſepultura Fratrum, & Celebrans incipiat abſolutè Orationem.

NOn intres in iudicium cū ſeruo tuo Dñe, quia nullus apud te iuſtificábitur homo, niſi per te ómniū peccatôrum ei tribuâtur remíſſio. Non ergo eum, quæſumus, tua iudiciális ſententia præmat, quem tibi vera ſupplicátio Fidei Chriſtiánæ commêndat: ſed grátia tua illi ſuccurrênte, mereâtur euádere iudícium vltiónis, qui dū víueret, inſignîtus eſt ſignáculo ſanctæ Trinitâtis. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde Cantores incipiunt Reſponſorium.

Subuenîte Sācti Dei, occúrrite Angeli Dómini. *Suſcipiéntes ánimam eius. *Offerêntes eam in

conſpê-

cōſpêctu Altíſsimi. ℣. Suſcípiat te Chriſtus, qui vocâuit te, & in ſinum Abrahæ Angeli dedûcant te. * Suſcipiêntes ánimam eius. * Offerêntes eā in conſpêctu Altíſsimi. ℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine: & lux perpétua lúceat ei. * Offerêntes eam,&c.

Circa finem Reſponſorij benedicitur incenſum de more,vt ſup.in Officio Religioſorū,pag. 296. Et pronūtiato à Cātoribus: Kyrie eléiſon Chorus proſequitur: Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon.

Sacerdos alta voce dicat: Pater noſter. & ſecretò proſequendo reliqua,accipit aſperſoriū de manu Diaconi(ſi fuerint Miniſtri) aut Acolyti; & aſpergit corpus: deinde accepto thuribulo,thurificat,& tam in aſperſione,quàm in thurificatione,à Sacerdote,& Miniſtris ſeruetur forma ſuprà poſita in Officio de ſepultura Fratrum,pag. 296. Quibus finitis Sacerdos canat.

℣. Et ne nos indûcas in tentatiônem.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam eius.
℣. Requiéſcat in pace.
℟. Amen.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo.

O rêmus.

DEus, cui ómnia viuũt, & cui non péreunt moriéndo córpora noſtra, ſed mutântur in mélius: te ſúpplices deprecâmur, vt ſúſcipi iúbeas ánimam fámuli tui N. per manus Sãctôrum Angelôrum deducêndam in ſinũ amíci tui Abrahæ Patriárchæ, reſuſcitándamque in nouíſsimo magni iudícij die: & quidquid vitiôrum, diábolo fallênte, contrâxit, tu pius, & miſéricors, ábluas indulgêndo. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Qua finita Chorus cantat Reſponſorium.

L íbera me Dómine de morte ætérna in die illa treménda.* Quãdo cœli mouéndi ſunt, & terra. * Dum véneris iudicâre ſæculũ per ignẽ. ℣. T remens factus ſum ego, & tímeo; dum diſcúſsio vénerit, átque ventûra ira. * Quando cœli mouéndi ſunt, & terra: dũ véneris iudicâre, &c. ℣. D ies illa dies iræ, calamitâtis, & miſériæ, dies magna, & amâra valdè. * Dum véneris, &c. ℣. R équiem ætérnam dona ei Dómine: & lux perpétua, &c. * L íbera me Dómine de morte ætérna in die illa treménda, &c.

Hîc Sacerdos imponit, & benedicit incẽſum de more. Mox dicto à Cãtoribus: K yrie eléiſon, &c Conuentu: C hriſte eléiſon. Kyrie eleiſon. Idem Sacerdos initiat alta voce: P ater noſter. Conuẽtuſque proſequitur ſecretò. Interim celêbrans aſ-

pergit, & incenſat cadauer, vt ſuprà. Poſteà cantat ſequentia:

℣. E t ne nos indûcas in tentatiônem.
℟. S ed líbera nos à malo.
℣. A porta ínferi.
℟. E rue Dómine ánimam eius.
℣. R equiéſcat in pace. ℟. Amen.
℣. D ómine exáudi oratiônem meam, &c.
℣. D óminus vobíſcum.
℟. E t cum Spíritu tuo, &c. O rêmus.

ABſólue, quæſumus Dómine, ánimam famuli tui N. ab omni vínculo delictôrum: vt in reſurrectiônis glória inter Sāctos, & eléctos tuos reſuſcitâtus reſpiret. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Finita Oratione, portitores accipientes feretrū, deportent illud ad locum ſepulturæ: interim campanæ funebrè pulſentur, & à Choro ſequentia cantentur:

I n Paradíſum dedûcant te Angeli, in tuo aduéntu ſuſcipiant te Mártyres, & perdûcant te in ciuitâtem ſanctam Iuruſalêm.

Aña. E go ſum reſurréctio, & vita; qui credit in me, étiam ſi mortuus fuerit, viuet: & omnis, qui viuit, & credit in me, non moriêtur in ætérnum.

Deinde Cant. B enedíctus Dñs Deus Iſraël. vt ſuprà, pag. 290.

Dum cantatur B enedíctus, ſi ſepulchrum nō ſit

benedictum,benedicitur à Sacerdote,vt ſup. 193.
Delato feretro ad locum ſepulturæ, mox ſepelitur corpus religioſè. Tunc Sacerdos proiiciat ſuper illud pugillum terræ; quo ſepulto,& à Choro repetita Aña. E go ſum reſurréctio,&c. Cantores dicunt: K yrie eléiſon. Chorus. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Et Sacerdos alta voce: P ater noſter. reliqua ſecretò.

℣. E t ne nos indûcas in tentatiônem.

℟. S ed líbera nos à malo.

℣. A porta ínferi.

℟. E rue Dómine ánimam eius.

℣. R equiéſcat in pace. ℟. Amen.

℣. D ómine exáudi oratiônem meam.

℟. E t clamor meus ad te véniat.

℣. D óminus vobíſcum.

℟. E t cum Spíritu tuo. O rêmus.

SAtisfáciat tibi,quæſumus Dómine Deus noſter, pro ánima fámuli tui, ſanctæ Dei Genitrîcis, ſemperque Vírginis Marîæ, & Beâti Patris noſtri Elîæ, ómniumque Sanctôrum tuôrum orátio, & præſéntis famîliæ tuæ húmilis, & deuóta ſupplicátio; vt peccatôrum ómnium véniam, quã precâmur, obtíneat, neque eum patiáris cruciári gehennálibus flammis, quem Fílij tui Dómini noſtri Ieſu Chriſti pretióſo ſanguine redemiſti. Qui tecum, & cum Spíritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculôrum. ℟. Amen.

℣. Réquiem ætérnam: dona eis Dómine.
℟. Et lux perpétua: lúceat eis.
℣. Requiéſcant in pace. ℟. Amen.

Finita Oratione, extinctiſque candelis, Fratres in Sacriſtiam, Cruce præcedente, reuertantur cum Pſalmo: De profúndis: & Oratione: Fidélium Deus, &c. vt moris eſt.

Si cum Officio ſepulturæ non fuerit celebranda Miſſa, fit Officium prædictum: ſequenti verò die dicatur Miſſa de depoſitione, vt in Miſſali, & fiet in eius fine Abſolutio cõſueta, vt habetur pag. 93.

CAPVT NONVM.

De receptione, & ſepultura paruulorum.

Cvm paruulus aliquis in noſtris Cõuentibus ſepeliendus, ſolemniter recipiendus fuerit, egrediantur Fratres proceſsionaliter vſque ad portam Eccleſiæ, vel vſque ad locũ à Priore deſignatum, & cum eis Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, ſtola, & pluuiali albi coloris, cumque corpuſculum recipitur, Cantoribus incipientibus, cantetur.

Aña. Iúuenes, & Vírgines, ſenes cũ iunióribus láudent Nómen Dómini, & poſt ipſam Pſalmus.

L Audâte púeri Dóminum : laudâte Nómen Dómini.

Sit Nómen Dómini benedîctum: ex hoc nunc,& vſque in ſæculum.

Excélſus ſuper omnes gentes Dóminus : & ſuper cœlos glória eius.

Quis ſicut Dóminus Deus noſter, qui in altis hábitat: & humília réſpicit in cœlo,& in terra.

Súſcitans à terra ínopem : & de ſtércore erigens páuperem.

Vt cóllocet eum cum princípibus : cum princípibus pópuli ſui.

Qui habitâre facit ſtérilem in domo : matrem filiôrum lætántem.

Glória Patri,& Filio,&c.

Deinde repetitur Antiphona prędicta: Iúuenes, & vírgines,&c. Qua finita, & paruulo poſito in Eccleſia, canatur Aña.Hic accípiet benedictiõnẽ à Dño, & miſericórdiam à Deo ſalutâri ſuo : quia hęc eſt generátio quærẽntiũ Dñm. Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos indûcas in tentatiônem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Sínite páruulos venîre ad me.

℟. Tálium eſt enim regnum cœlôrum.

℣. Dóminus vobíſcum,&c.

Orêmus.

Orêmus.

OMnipotens ſempitérne Deus, ſanctæ puritâtis amâtor, qui ánimam huius páruuli de hoc mundo ad cœlòrum regna miſericórditer vocâre dignâtus es: cōcéde nobis,vt méritis Beâtæ Marîæ ſemper Vírginis,& ómnium Sanctôrum cum eîſdem, gáudijs pérfrui mereâmur ætêrnis. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Deinde aſpergat corpuſculum aqua benedicta in modum Crucis,& thurificet corpus,& tumulū cum cæteris, vt ſup.300. Et dū tumulatur,dicitur Canticum trium puerorum præmiſſa hac Aña.

Benedîcite Dóminum omnes elêcti eius: ágite diem lætítiæ,& confitémini illi.

CANTICVM.

BEnedícite ómnia ópera Dómini Dómino: laudâte,& ſuperexaltâte eum in ſæcula.

Benedícite Angeli Dñi Dño:benedícite cęli Dño.

Benedícite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt Dño:benedicite omnes virtûtes Dñi Dómino.

Benedícite ſol,& luna Dómino:benedícite ſtellæ cœli Dómino.

Benedícite omnis imber,& ros Dómino:benedícite omnes ſpíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis, & æſtus Dómino: benedícite frigus,& æſtus Dómino.

Benedícite rores,& pruína Dómino: benedícite gelu,& frigus Dómino.

B enedícite glácies, & niues Dómino: benedícite noctes,& dies Dómino.

B enedícite lux, & ténebræ Dómino: benedícite fúlgura,& nubes Dómino.

B enedícat terra Dóminum: laudet, & ſuperexáltet eum in ſæcula.

B enedícite montes,& colles Dómino: benedícite vniuérſa germinántia in terra Dómino.

B enedícite fontes Dómino: benedícite mária, & flúmina Dómino.

B enedícite cete,& ómnia, quæ mouētur in aquis Dño: benedícite omnes vólucres cęli Dómino.

B enedícite omnes béſtię,& pécora Dómino: benedícite filij hóminum Dómino.

B enedícat Iſraël Dóminum: laudet,& ſuperexáltet eum in ſæcula.

B enedícite Sacerdôtes Dómini Dómino: benedícite ſerui Dómini Dómino.

B enedícite ſpíritus, & ánimæ iuſtôrum Dómino: benedícite Sancti,& húmiles corde Dómino.

B enedícite Ananîa, Azarîa, Miſaël Dómino: laudâte,& ſuperexaltâte eum in ſæcula.

B enedicâmus Patrem, & Fílium cũ ſancto Spíritu: laudêmus,& ſuperexaltêmus eum in ſæcula.

B enedíctus es Dñe in firmaménto cœli: & laudábilis,& glorióſus,& ſuperexáltatus in ſæcula.

Repetitur Antiph. B enedícite Dóminum omnes elêcti,&c. vt ſuprà.

Deinde Sacerdos dicit ℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum Spíritu tuo. Orémus.

Deus, qui miro órdine, Angelórum miniſtéria, hóminumque diſpênſas: concêde propítius, vt à quibus tibi miniſtrántibus in cœlo ſemper aſsiſtitur, ab his in terra vita noſtra muniâtur. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Explicit Tertia Pars Manualis.


SOLI DEO HONOR, ET GLORIA.

Fr. Ioannes à Spiritu ſancto Generalis.

Fr. Martinus à Matre Dei Diffinitor.

Fr. Ioannes Baptiſta Secret. Ordinis.

LAVS DEO.



ET VIRGINI.

Digitized by Google

INDEX EORVM, QVÆ IN HOC MANVALI continentur.

IN PRIMA PARTE QVÆ EST DE Proceſsionibus.

QVando Proceſsio facienda. pag. 1.
De forma in Proceſsionibus ſeruanda. 2.
De Aſperſione facienda in die Dominica. 4.
Proceſsio in feſto Purificationis. 6.
Feria quarta Cinerum. 11.
Dominica in Paſsione. 13.
Dominica in Palmis. 14.
Proceſsio feriæ quintæ in Cœna Domini. 20.
De Mandato feriæ quintæ in Cœna Dñi. 23.
De Officio feriæ ſextæ in Paraſceue. 28.
Sabbato Sancto. 39.
Proceſsio in Aurora Dñicæ Reſurrectionis. 42.
Proceſsio in Litanijs maiorib⁹,& minoribus. 48.
In Vigilia Pentecoſtes. 59.
Modus celebrãdi feſtum ſanctiſsimi Corporis Chriſti. 60.
Proceſsio in eadẽ ſolẽnitate Corporis Chriſti. 62.
Proceſsio in ſolemni Cõmemoratione B.M. 68.
Proceſsio in feſto S.P.N.Eliæ. 70.
Proceſsio in die B. Tereſæ Virginis & Matris noſtræ. 73.

Proceſsio in tempore tribulationum. 75.
Proceſsio pro pluuia petenda. 77.
Proceſsio pro poſtulanda ſerenitate. 79.
Proceſsio pro tempore belli. 80.
Proceſsio tempore famis. 82.
Proceſsio tẽpore peſtis,& aliarũ ægritudinũ. 84.
Proceſsio pro ſalute Regis, Reginæ, aut Primogeniti. 86.
Proceſsio in gratiarum actionem pro quouis beneficio. 87.
Ordo faciendi Abſolutionem,ſeu Reſponſorium pro defunctis. 91.
Abſolutio pro defunctis. 92.
Proceſsio pro defunctis. 95.
Deprecatio ad Virginem pro varijs neceſsitatibus. 102.
De receptionibus Prælatorum,& aliorum. 106.
De receptione ſummi Pontificis. 106.
Ordo ad recipiendum Prælatum, Legatum, Epiſcopum,&c. 108.
Pro electione P. N. Generalis in gratiarum actionem. 111.
De receptione eiuſdem P.N.Generalis. 112.
Ordo ad recipiendũ proceſsionaliter Regẽ. 115.
Ordo ad recipiendum proceſsionaliter Reginam. 117.
De receptione Principis hæredis. 118.
Ordo ad recipiendum Principiſſam,&c. 120.
IN

IN SECVNDA PARTE quæ eſt de Benedictionibus.

Benedictio nouæ Crucis. 121.
Benedictio Imaginum Dei, aut B. Mariæ, aut Sanctorum. 122.
Benedictio veſtimetorum Sacerdotalium in ſingulari. 122.
Benedictio ſigni, vel campanæ. 123.
Benedictio habitus pro Confratribus noſtri Ordinis. 125.
Benedictio Corrigiæ. 126.
Benedictio pro indumentis paruulorum. 127.
Benedictio nouæ domus. 130.
Benedictio nouæ Eccleſiæ. 132.
Ritus reconciliandi Eccleſiam. 138.
Benedictio aquæ ſancti Alberti. 141.
Benedictio mulieris poſt partum. 143.
Benedictio agrorum. 145.
Benedictio pro aquis infectis. 147.
Benedictio pro animalibus infirmantibus. 148.
De indutione Nouitiorum. 149
De profeſsione Nouitiorum. 156.
De velo Monialium. 162.
De Exorciſmo pro obſeſsis ad fugandos dæmones. 196.
De Exorciſmo cõtra imminentẽ tẽpeſtatẽ. 185.
De Exorciſmo domus à dæmonio vexatæ. 191

IN

IN TERTIA PARTE DE Adminiſtratione Sacramentorum infirmis exhibenda, & funeralibus.

DE Communione infirmorum Fratrũ. 198.
De Sacramento Extremæ vnctionis. 205.
Septem Pſalmi Pœnitentiales. 211.
De modo iuuandi morientes Fratres. 223.
Orationes Iaculatoriæ. 225.
Oraciones jaculatorias en Romance para ayudar à morir. 228.
Ordo commẽdationis animæ infirmi agonizantis. 230.
Commendatio animæ iam defuncti. 246.
De forma eundi proceſsionaliter ad locum vbi fuerit corpus defuncti. 252.
Officium integrum Defunctorum. 255.
Orationes pro Ternarijs Defunctorum. 293.
De ſepultura Fratrum. 294.
De Officio ſepulturæ ſæcularium. 304.
Ordo ſepeliendi adultum Clericum, ſiue laicum. 306.
De receptione ſepulturæ paruulorum. 311.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google